d **Arsesahan** calm ẽ z põticũ. Qõ vesicis oris si cũ eo fiat gargarismus: vel eius opoçimat eos abluat: putile est. minctus pterea difficultati: atqz neruorũ molliciei ꝓficit: fetori qz nariũ si liciniũ in ei⁹ apoçimate intinctũ naribus immissũ fuerit auxiliatur.

¶ Bulb folia z nuces frigida sũt z sicca. Que trita z aceto mixta: atqz ꝓ emplastro loco igne adusto supposita remediũ afferunt. Cuius cortex cũ aceto coctus dolori dentiũ confert: si eo os abluatur.

¶ Uiscus cali. ẽ z sic. Qui vẽtositatẽ dissoluit atqz apata.

¶ Saiem fri. ẽ: vẽtrẽ qz strigit: plagasqz recẽtes ꝛiungit.

¶ Uatiramech ca. ẽ: q̃ crosse ꝛferẽs vẽtositati dolori matri

cis ex frigiditate tremoriq3 cordis cu3 frigiditate:ac pun
ctur e scorpionis:auxilium prebet.
¶ Oleander calida ē:scabiei atq3 pruritiui cōfert asinos ⁊ animalia ac hoies comesta interficiēs. Antigs tñ doloribꝰ et vetustis genuū ⁊ renū remediū affert:si ex ea fiat ēplz.
¶ Deiudar vehemēter est calidū. Qd frigidis egritudinibus cerebri ⁊ neruorū ꝓferēs:stomacho ac epati frigidis bonū existit. Cuius est ꝓprietas appoplexie atq3 paralisi remedium prebere.
¶ Fex vini calida exñs:dura dissoluit apostemata.
¶ Fex aceti nō calefacit:immo apostematū calorem super ipsa epithimata reprimit. ¶ De he. Cap. xxxij

m **Irabolani** citrini colerā rubeā ex corpe educūt. Nigri vo stomachu3 ꝓparando corroborāt emoroidisq3 ꝓferunt.

¶ Cylboe calida est ⁊ sicca atq3 subtilis stomacho ⁊ epati auxilium prebens.
¶ Cypericon calida est ⁊ subtilis. Que ⁊ opilationis est apitiua:⁊ dolori coxarum confert.
¶ Cypogstidos que herba vocat yrcina:frigida ē ⁊ pontica. Qua vtuntur vbi necessaria est retentio ⁊ stipticitas.
¶ De gau. Cap. xxxiij.

a **Corus** calidus est ⁊ siccus. Qui crosse venrositati:ac spleni duro:necnon graue dini lingue confert.

¶ Suasima calida est:⁊ pontica:cum qua capillorum fit tinctura. De çe. Cap. xxxiiij

3 **Inziber** calidū est ⁊ humidū. Qd ⁊ cibum digerit:⁊ ventrē mouet:stomacho q3 atq; epati frigidis cōfert. Obscuritati itidē oculo ex humiditate in oculis positū vel comestū auxiliat.

¶ Omes aristologie species calide sūt:opilationē aperiētes:⁊ scorpionis puncture conferentes. Que ⁊ menstrua prouocant:⁊ abortire faciunt.
¶ Ysopus que vegetat calida est ⁊ sicca. Que vt origanum valens:pectus a pulmone purgat. Asmati preterea atq3 vetuste tussi ⁊ antique confert. Flegma itidem ⁊ vermes e corpore educit.
¶ Ysopus autē humida que ⁊ cerotes dicitur:que ex lane sordibus fit:dura maturat ⁊ mollificat apostemata: ⁊ proprie ea que in vesica fiunt ⁊ matrice.
¶ Zurūbet calida ē ⁊ sicca. Que vētositatē dissoluēs:venenosorū animalium:morsibꝰ valde ꝓficit: atq3 impinguat.
¶ Argentum viuum quando extinguitur:ardens est. Qd scabiei ⁊ pediculis auxilium affert.
¶ A çegi calidū existens ⁊ siccū scabiem ex humiditate deficcat:atq3 sahafati ex humiditate factam emendat:sāguinemq3 ex naribus fluentem naribus insuflatu3: ⁊ sanguinis fluxum ex percussione: suppositū stringit.
¶ Arsenici oēs species calide sunt:⁊ incendentes cōferūt scabiei:⁊ putredini:⁊ sahafati humide. Herpeti preterea estiomeno atq; pediculis remediu3 aufert:asmati ꝑterea si cum eo suffumigatio vel epithima fiat.cōfert. Maculā insuper que ex sanguine mortuo accidit propter percussionem remouet.
¶ Spuma maris plures habet species. Que omnes calide exñtes ⁊ sicce:scabiei ⁊ morphee atq3 alopitie auxiliāt.
¶ Nitri proprietas est:lapidem qui in vesica generat frāgere:furfures preterea aufert. si cum eo caput lauetur.
¶ Zarnab calidū existens ⁊ siccū:stomacho atq3 epati frigidis confert:ventremq3 stringit.
¶ Ziniar calidum est ⁊ corrodit carnē. De ha. Cap. xxxv

a **Homum** calidum est ⁊ siccū. Qd opilationi epatis ex frigiditate proficiens:doloeē aufert matricis. In capite tamen gra uedinem:et dolorem atq3 scotomiam generat.
¶ Alchāma:pustulas que sūt in ore ⁊ adustioni ignis remedium affert.
¶ Litium inter caliditatem ⁊ frigiditatem temperatū existens:calidis oculorum apostematibus confert: si cū eo epithimētur. Quod mollibus atq3 solutis apostematibꝰ confert:et pannum faciei epithimatum:necnon in gutture transglutiendi duritiem gargariçatum aufert: oriq3 pustulis auxiliatur.
¶ Mork calidissimū existens:stomachum ⁊ epar calefacit. ventrem mollificat:ac vētres e ventre educit. coeundi ꝑterea stimulat desiderium:⁊ pulmonē mūdat. Asmati q̄q3 ⁊ crossitiei splenis prodest aborsum itidem facit.
¶ Nasse calida est. Que in oculo posita vt comesta:vis⁹ debilitati cōfert:asmatiq3 prodest: atq3 vermes expellens facit aborsū. Ad digerendū insup cibū adiutoriū prebet.
¶ Narmel calidū existēs:inebriat dolorē capitis facit: vomitumq3 commouet:vrinā quoq3 ⁊ menstrua prouocat.
¶ Nasech frigida est. Cuius opoçima bibitum lapidez frāgit ⁊ sperma auget:atq3 vrine soluit constrictionē. Nabenil flegma expellit:morphee albe atq3 albaras auxiliatur. Conturbationem tamen ⁊ nauseam facit. ¶ Colloquintida calida existens ⁊ sicca crossum expellit flegma: ac caput mūdat:⁊ neruorū dolori atq3 sciatice passioni: nec non podagre frigide:et elefancie beneficium parat.
¶ Ferri squama:stomachum corroborat:⁊ emorroydarū stringit sanguinem. ¶ Aqua vero in qua ferru3 extinguitur coeundi stimulat desiderium:crossoq3 cōfert spleni.
¶ Semperuiua frigida est. Que calidis apostematibus ac adustioni ignis: et oculorum egritudini: epithimata cōgrua existit.
¶ De ta. Cap. xxxvj.

t **Amariscus** frigida est ⁊ sicca: ex cuiꝰ folijs ēplastrū sup molle apostema positū auxiliat. Eius aūt apoçima in ore tentū: dolorem dentiū sedat. Vinū preterea in quo folia eius cocta fuerint bibitum splenem subtiliat.
¶ Idem q̄q3 facit vinū vel sirupus acetosus cū puo scipho ex eiꝰ radice facto si diu bibat. ¶ Thubab est frigida apostematibꝰ calis cū exe aemplastrū desup ponit:cōferens.
¶ Tarathit frigida ē ⁊ sicca. Que ⁊ ventrē stringit:⁊ sāguinem exire ꝓhibet. ¶ Spodiū frigidū est ⁊ siccū. Qd febribus acutis:ac siti ⁊ nimio ventris fluxui: ⁊ vomitui confert pustulis quoq3 q̄ in ore ⁊ lingua nascuntur: atq3 tremori cordis auxiliatur. ¶ Terra sigillata: ⁊ armena vtreq3 sanguinem spuentibus atq3 emorroydas patientibꝰ nuc omni loco ex quo sanguis fluit congruunt.
¶ Alia vero terra que a quibusdam consuete comeditur: in epate creat opilationē:⁊ cōplexionem destruit: ⁊ preci pue eorū qui ad hoc pati sūt:os tñ stomachi rigidū reddit fastidiū ex cibis fastidiosis fcm:atq3 nauseā remouēs.
¶ Talifafar calida est ⁊ sicca. Que fluxum ventris:atq3 vlcera intestinorum ⁊ emorroydas remouet.
¶ De ge Cap. xxxvij.

m **Andragora** frigida est facies stuporē. Que si in vino mittat:valde inebriat. Medicinis autem ammixta dolorem aufert de qua si maxima bibatur q̄ztitas priciem inducit
¶ Titimalli multe sunt species:que omnes calide existentes:adurunt ac soluunt ventrem et nauseam efficiūt. Corpus quoq3 vlcerant.
¶ Bēbut frigidum est ⁊ siccum:fluxum prohibens vētris succusq3 eius bibitus icterice medetur.
¶ De lz. Cap. xxxviij.

v **Ytis** de qua fit vinum folia vel preputia trita: et more emplastri sup calida apostemata posita:atq3 dolenti capiti:beneficium prebet. Succus preterea ipsorum:si bibatur ventrē ac vomitum stringit. Summi autem eius lapidem frangit:et scabiem remouet. ¶ Thus calidum existens ⁊ siccum carnem i vulneribus creat: ventrem quoq3 ac vomitum arcet:et intellectum acuit:de quo tamen si multa sumatur q̄ztitas:aduritsanguinem ⁊ efficit alguesegues: tremori itidem cor-

dis auxiliatur. ¶ Kamepitheos calidus est: cōstructioni vrine: atq; hicteritie: ⁊ sciatice passioni ꝓferens. ¶ Condi si calidū est. qd̄ vehemēter vomitū ac vētris solutionē pro uocat: sternutationēq; commouet. ¶ Karmefich frigidū est ⁊ siccū: qd̄ ⁊ ventrē retinet ⁊ fluentem sistit sanguinem dētibus ꝑterea qui frangi incipiūt atq; moueri auxiliat.

¶ Charabe frigidū existens ⁊ siccū: menstruoꝝ supfluitati atq; emorroydis ⁊ emoptoicis necnon dissintericis: ac cordis tremori remedium confert.

¶ Kefile calidi sunt ⁊ sicci. Qui cū corpus ipinguent: stomacho boni existunt.

¶ Keste calidū est: corpusq; ipinguat: ac stomacho ꝓfert.

¶ Cubebe calidū est opilatiōes aperiēs. Qd̄ ⁊ vritides poros mūdat: ⁊ gutturē mūdificat ventrēq; stringit.

¶ Sulphur calidū est. Qd̄ adustionē faciēs: scabiei ꝓfert: si cū eo fiat iunctio: atq; asmati si bibat auxiliū prebet.

¶ Camedreos calidus est. Qui cū opilationē aperiat: splenis grossitiem atq; hicteritiam remouet.

¶ Dragagātū guttur lenit atq; pulmonē: tussi q̄q; ꝓfert.

¶ Kebilzegi calidū exñs adurit ac sitim facit scabiemq; remouet: si ex eo inunctio fiat.

¶ Kildaru calidum est ⁊ expellit ascar·des.

¶ De lem. Capl'm. xxxix.

a **Migdale** amare calide sunt. Que epatis aperiētes opilationē: asmati atq; lapidi qui in renibus ⁊ vesica: est conferunt.

¶ Plantago frida est: ꝓgrua exñs apatib⁹ calidis ⁊ adustioni ignis: qñ more emplastri supponit: dolori q̄q; auris auxiliat si ex caliditate fuerit. Cuius semen vlceribus cōfert intestinorum.

¶ Dragontea calida est. que opilationē aperiēs: desiderū stimulat coeūdi: atq; antiq̄ asmati beneficiū prebet.

¶ Lacca calida est: calori epatis: atq; ydropicis pficiens.

¶ Lingua auis spermati augmentum tribuit: ac cordis remouet tremorem.

¶ Buglosa melancolicis est bona: tremori cordis atq; vesicis oris conferens.

¶ Larghia calidū est: atq; adurens. que ⁊ ventrem soluit ⁊ vomitum facit.

¶ De mum: Capl'm xl.

m **U calidum** exñs: vrine ꝓgruit constricti oni: si bibat vel super femur more emplastri ponatur.

¶ Mastix calidū exñs stōm ⁊ epar corroborat.

¶ Bdelliū iudaicū calidū exñs. Qd̄ dura dissoluēs apata emorroydis vtile iudicat: bdellium tñ de mecha. frigidū est ⁊ siccum: ventremq; stringit.

¶ Mumia emoptoicis bona exñs: rupturā vel fracturam velociter restaurat. Dolorē ꝑterea gutturis ac dissolutionis: ⁊ cōcussionis: ⁊ plagarū sedat. Illi aūt q dixerūt q̄ p fecte emendat: mētuti sunt dolori insup ex friditate naribꝰ cum oleo sambuccino insufflata auxiliatur.

¶ Meizabara calida est. que ventrem soluens podagre: ac coxarum: ⁊ costarum dolori confert.

¶ Mirrha calida est. que tussi antiq̄ congrua exñs: vocez efficit claram. Scotomiam tñ inducit: dormire preterea faciēs menstrua ꝓuocat: ac puncturis scorpionuz bibita beneficium prebet.

¶ Memithe frigidū existens: apostematibus calidis: more emplastri suppositum confert.

¶ Meubedhena: calide sunt ventrēq; soluunt atq; vomitum ꝓuocant vehemēter: podagre quoq; ꝓferunt.

¶ Marchasitha calida existens: oculum facit rigidum: et abradit fortiter.

¶ Fuligo si de ea fiat epithima: ignis adustioni confert.

¶ Stafisagria calā est ⁊ adurēs. que ⁊ pediculos iterficit. ac scabiē remouet: de q̄ parua accepta q̄ritas: vomitū pro uocat. Ipsaz tñ dare timorosuz ē. fortassis. n. pniciē iferret

¶ Celidonia calā ē. q̄ albedini oc'oꝝ ꝓgruit: visūq; acuit.

¶ Mugath bona existit si ex ea emplastrū super dissoluta membra fiat.

¶ Meçerion calida est. que ⁊ bona est ⁊ multū acuta. Et licet aquā citrinā vehemēter expellat: epati tñ nocet.

¶ Merdasengi frigidū est ⁊ siccū. qd̄ excoriationibꝰ: atq; fetori sudoris ꝓfert: carniq; augmētū tribuit. ¶ In emplastris ꝑterea ponit. ¶ Oia fellis genera calida existunt: oculorumq; auferunt tenebrositatem.

¶ Mescathramefir calidū existens ꝓuocat menstrua.

¶ De non. Capl'm. xlj.

Il calidum existens ⁊ ponticū: desiccat apostemata mollia.

¶ Almeos calidū est ⁊ siccū: stomachū calefaciēs ⁊ epar: lapidēq; frāgit: atq; vrinā ꝓuocat.

¶ Nitrum calidū est: abradens: ⁊ mundans.

¶ Calx calida existens: adurit atq; supfluā corrodit carnez fluxum preterea stringit sanguinis. que cum lauatur adustioni ignis confert.

¶ Salamoniacus calidus est. q vuule cadēti: ac dolori guturis q nō ꝑmittit trāsglutire: ⁊ albedi oc'oꝝ auxiliū ꝑbet

¶ Meheremish calida est: stomacho ⁊ epati frigidis remedium tribuens.

¶ Maphara calida est. que asmati atq; ventositatibus congrua existens: vermes paruos ano suppofita interficit.

¶ De fim. Capl'm. xlij.

f **Picaindica** calida est. Que stomacho ac epati frigidis auxiliatur vrinam etiam prouocat.

¶ Liperi calidi sunt ⁊ sicci. qui stōm ac epar calefacientes frangunt lapidē: ⁊ putrefactioni: ac malo dolori: q in naribus atq; in ore sunt: beneficiū tribuūt.

¶ Salegha calā ē exñs ⁊ sicca acuit visum ⁊ vrinā ꝓuocat.

¶ Foliū calidū est: ⁊ vrinā ꝓuocat: tremori q̄q; cordis atq; fetori auxiliatur.

¶ Sādoros sanguinē vomētibꝰ: atq; emorroydis cōfert.

¶ Sel calā est dolori neruoꝝ ac ventositati conferens.

¶ Cipressi nuces ⁊ folia calā existūt ⁊ pontica. que rupture inguinis auxiliū prebēt: si ex eis emplastrū fiat.

¶ Sumach frigidū existens ⁊ siccum: ventrem stringit ac stomachum preparat.

¶ Sidere frigida est ⁊ sicca: ventrem stringens.

¶ Cancri caro ptificis auxiliatur: ac sperma augmentat.

¶ Mermodactili podagre cōferunt: sperma q̄q; augent.

¶ Scedurā vel scedeguarā frigidus existens ⁊ siccus: retinet sanguinē: ac capillos ne cadant ꝓfirmat.

¶ Subedigi dentium concauitates radendo abstergit.

¶ Secācur calidus est: coeundi stimulans desiderium qd̄ eius renes proprie operātur.

¶ Liquiritia gutturi ꝓfert ac pulmōi: supflua in eis exñtia expellēdo. Sitim ꝑterea atq; vrine ardorem aufert.

¶ Seuesten guttur ⁊ pectus lenit.

¶ Siseleos calidꝰ exñs: asmati ⁊ retētioni vrine: atq; inflationi ventris confert: partūq; accelerare facit.

¶ Selzebinegi calidū est. qd̄ crosse vētositati ac colice: necnō epilepsie: ac paralisi ꝓferens: oculoꝝ tenebrositatem aufert: ⁊ scorpionū pūcturis auxiliatur.

¶ Saculusuudurion calida est splenq; crosso: ac strāguirie: ⁊ lapidi remedium affert.

¶ Scamonea colerā rubeā vehemēter expellit: stomacho atq; intestinis ⁊ epati nocumentū parans.

¶ De ham. Capl'm. xliij.

h **Arar est** arbor cuius fructꝰ calidus existēs ꝓuocat vrinā ac stomacho cōfert.

¶ Asarai frida est: calidis apatibus: ⁊ ardori stomachi beneficiū tribuēs: qñ mori empastri supponit.

¶ Maelchalinibit: calidum existens: fissuris ⁊ plagis congruit.

¶ Miretrum calidum existens: dolori dentium atq; pustulis oris congruum existit.

¶Solatrum frigidum est:ardenti epati remediū tribuēs.
¶Curcuma calida est.Que cum sit abradens:visum acuit atqz albulam delet.
¶Juiube in caloze sunt tempate que z guttur lenīūt:z sanguinē licet parum clarificant:graues tñ sunt z fastidium facientes:tardeqz descendunt.

¶De fe. Capitulum. xliiij.

f **Acalida** existens:prouocat vrinam.
¶Felenge est calidū z siccum.
¶Fel calidum est dolozi neruoz pficiens.
¶Fesire calida est.Que cū sit detergens z abradens:pannum z lentigines magnas delet.
¶Fesarastin vel fesirefin brionie similis est menstrua z vrinā puocans:atqz epilepsie proficiens.
¶Argentum frigidum est:cozdisqz proficit tremozi.
¶Fulfeleminie calida sunt:colice atqz ventositati congruentia.
¶Faufel frigidum est. Qd apostematibus calidis epithimatum bene facit.
¶Eufozbium vehementer est calidum. Qd z aquam expellit fortiter:atqz paralisiz:z fistibus egritudinibus confert.In oculis vero positum initianti aque cataractarum auxiliatur.
¶Felucaharagi:capillos facit rigidos.
¶Darubium calidum est:disnie proficiens: z difficultati anhelitus:atqz icteritie.
¶Dentastrumcaliduz est z siccū. Qd z veteri asmati:atqz difficultati mictus auxiliū prebet.
¶Peonia pueris epilepsiam patientib⁹ pfert: si sup eos appensa fuerint vel ex ea suffumigentur.
¶Rubea calida existens:vrinā atqz menstrua puocat.
¶Mozphee itidē albe atqz albaras epithimata confert.

¶De sath. Capitulum xlv.

c **Oclee** marine aduste: abradēdo purgāt dentes. Et nō adustis vero z tritis:emplastrum factū:z adustioni ignis suppositum sana eū.
¶Sapo calidus existit.Qui vlcerans cozpus: in ipso fortem efficit absterfionem.
¶Aloes calidū est:coleram rubeam expellens.z caput ac stomachum purgans carnemqz creat.
¶Gūmi arabicum frigidum existens ventrēqz stringens: intestinozum excoziationi confert.
¶Cozdumeni calidū est. Qd epilepsie atqz asmati z paralisi conferens expellit ascarides.atqz scozpionis puncture remedium affert.

¶De caph. Capitulum. xlvj.

c **Alamus** aromaticus calidus existens stomacho atqz epati mō emplastri super positus auxiliatur.
¶Cartamū calidū est.Qd z ventrē soluit:z sperma auget Stomacho tamen nocet.
¶Katram vehementer existit calidū.Qd menstrua puocat ac fetum expellit.Aquā vo in oculū descēdere phibet Scabiei preterea pficiens:sperma ita īmutat qd ex eo embrion generari non potest.
¶Centaurea crudum flegma e cozpoze educens neruoz dolozi ac colice confert.
¶Curth frigidus est ventrē quoqz stringit.
¶Cambil calidum existens expellit ascarides.
¶Kerfe calidū est:stomachūqz calefacit z nauseā reprimit.
¶Milium solis calidum est. Qd z vrinam prouocat z lapidem frangit.
¶Kana calida existens puocat menstrua:ac ventositatez dissoluit:carnem preterea in vulneribus creat atqz scrofulas dissoluit.
¶Cathinia argenti:scabiei que in cozpoze ozitur ac pustulis que sunt in oculis congrua existit.
¶Cathinia auri ea subtiliozest. Que etiam albulam que est in oculo remouet.
¶Calcanthum cozrosiuum z calidum est ponticumqz existens:polipum a naribus remouet.
¶Dumex frigida existens:iu medicinis ponitur oculoz dentiumqz mundificat concauitates.
¶Cacule aquam repellens:lac prouocat z vrinam.
¶Es vstum capillos tingit:vulnusqz consolidat:z aquam expellit.

¶De re. Capitulum. xlvij.

b **Acelauri** existētes calide:pūcturis conferunt scozpionū. qñ cū vino bibunt:ac naribus insufflate:torture pferunt oris.
¶Gumi pini calidū existens: carnē in vulneribus creat ideoqz ponitur in emplastris.
¶Fassasa calida est:carnēqz crescere facit:z vrinā puocat cuius semen spermati ac lacti incrementū prebet.
¶Reubarbaz calidū est.Qd stomacho ac epati conferēs casui atqz pcussioni bibitū remediū tribuit.
¶Cinis calidus est z siccus.Qui z adustionē facit: z mollia dissoluit apostemata.
¶Feniculū calidū est:z vrine puocatiuū: ac antiquis conferens febribus.Qd cū recens est:lac generat.Cuius succus in oculo positus:acuit visum.

¶De fin. Capitulum. xlviij.

f **Eilen est** calidū z dissoluit apostemata.
¶Sertaragi: calidus est z acut⁹
Mozphee quoqz albe atqz lepze cum aceto epithimatus confert.
¶Seucar est calidus.Qui mozphee cū aceto epithimat⁹ atqz bicteritie z crossitudini splenis:bibitus confert.
¶Scebzan calida est. que coleram rubeam z aquam atqz flegma vehementer purgans:epati existit nociua.
¶Sepum omne dissolutiuum est atqz mollificatiuum.
¶Scozdion calidum existens:crosso spleni confert.
¶Seteregi calidus est : scabiei atqz pzuritui valens ventrisqz efficit solutionē.
¶Sedine frigida est z stiptica atqz in pulueribus ponitur oculozum.
¶Alumen vehemēter existit stipticum: dentes quoqz motos confirmat.
¶Sebenic vel seneschila calida est. que fluozi ab oze infantium decurrenti:atqz epilepsie remediū affert.
¶Sacahic calidus existens tenebzositatē visus atqz oculozum albulam remouet.
¶Suchaha est calida existens:antiquis confert febzibus.
¶Suniç calida est z acuta:que flegma quasi lambēdo destruens:aufert reumatismum atqz ventositatem expellit

¶De te Capl'm. xlix.

t **Uderi** est calidū z augmētat sperma ac puerozz lapidibus remediū aufert.
¶Tamarindi frigidi existentes ventrē soluunt ac coleram rubeam z sanguinem reprimunt.
¶Tereniabin temperata est: ventrēqz soluit.
¶Tuchia vtilis existit ad oculi rigiditatem faciendā:ascelarumqz remouet fetozem.
¶Tiregi calidum est:atqz apostemati congruū existit.
¶Turbit calidum existens expellit flegma.

¶De che. Capl'm. li.

f **Hefisie** calida est multū atqz adustionē faciens. Que alopitiam patientibus pilos renasci facit.Mollificationi preterea si ex ea fricetur cozpus auxilium prebet.
¶Thil puocat vrinam z frangit lapidem.

¶De cha. Capl'm. lj.

c **Heruha** calida existens:colice atqz paralesi confert:durities quoqz mollificat:si ex ea fiat emplastrum.
¶Sinapi calidum est.quod in palato positum flegma incidit.vermes preterea expellit:atqz apostemata maturat
¶Maluauiscus in caloze tpata est. Que apata mollificās

dolorem sedat. Cuius semen morpheā remouet: si cuz eo z aceto in sole epithima fiat: atqz ardori mictus auxiliat.
¶ Elleborus niger coleram expellit nigram. Albus vero vomitum vehementer ꝓuocans: multum vomere facit. Ipsum tamen bibere non est securum.
¶ Cassia fistula ventrem soluit z apostematibus interiorū confert.
¶ Fermentum de farina triticea: doloribus qui sunt in plātis pedum si ex eo fiat emplastrum auxiliatur: z apostemata maturat.
¶ De thel. Capl'm. lij.

c **Antarides** calide sunt z acutissime. quelz scabiei ꝓferāt: vesicant tū si ex eis multa sumat quātitas: vulnerāt ac sanguinē mingere faciūt z interficiūt. Ex qbus parua accepta q̄ztitas: vrinā vehemēter ꝓuocat: atqz albaras albe cuz aceto epithimate remediū afferūt. ¶ Cauda egna est frigida: q̄ ventris fluxū patiētib⁹: z emoptoicis: ac calidis auxiliat apostematibus. ¶ Aurum tremori cordis z melancolie adiutorium prebet.
¶ De that. Capl'm. liij.

a **Tahro** solutioni: z veficis oris: atqz intestinorum: maximum affert remediū.
¶ De gatm. Capl'm. liiij.

g **Ar apostemati** matricis confert: atqz puncture scorpionis z dolori neruoꝝ auxiliatur. Q̄d totū semen z oleū opantur. Nauseam tū atqz vomituz faciūt. ¶ Glutē de corijs antiquis: faciei pustulis que cum cutis duritie z rubore consistunt: confert: atqz ramici initianti: z emoptoicis auxiliatur. ¶ Algaricum calidum existens: epatis aperit opilationē. Asmati quoqz atqz epilepsie: necnō vetustis febribus: remediū affert. Humores ꝑterea crossos a capite expellit. ¶ Safit epatis opilationem aperit: ac vetustis febribus auxilium prebet.

¶ Expletus est tractatus tertius.

Tractatus. IIIIi.

32. continēs capitula.

¶ Capitulū primū. De dicēdis aggregatiōibus ꝓseruādi sanitatē z eius summis.
2 De mēsuratiōe mot⁹: z dispōnib⁹ ipsi⁹ z ipis ei⁹
3 De mēsuratiōē sōni z horarū suarū: z iuuamēti ipsius z lesionis.
4 De regimie comestiōis.
5 De regimie bibitionis.
6 De purgatiōibus corpis a supfluis humoribus:
7 De tempandis domib⁹ z hospitijs.
8 De pnosticatiōe maloꝝ accidentiū anteq̄z ꝑualeant z augeantur.
9 De actionibus animaliū cogitationum.
10 De custodiēdis ꝓsuetudinibus.
11 De auferenda malitia ciborum incōuenientiū.
12 De nocumēto vini auferendo.
13 De alijs potibus q ponūtur loco vini.
14 De iuuamēto flōmie z ei⁹ nocumēto z quō dēat fieri
15 De iuuamēto purgatiōis: z eius nocumēto z quomodo debeat fieri.
16 De iuuamēto vomit⁹ z eius nocumento z quō debeat fieri.
17 De iuuamēto coitus z eius nocumento.
18 De iuuamēto balnei z eius nocumēto: z quomodo debeat fieri.
19 De forma coporis laudabili.
20 De iuuamēto fricatiōis labiorū cū corticib⁹ nucū: z eius nocumētū z quō debeat fieri.
21 De ꝓseruatiōe dentiū.
22 De ꝓseruatione oculi z eius clarificatione.
23 De cōseruatiōe audit⁹.
14 De cautela egritudinū trāseūtiū ō vno ad aliō
25 De pestilētia z cautela eius.
26 De regimine corpis ꝗz tempora.
27 De regimie p̄gnantis: z ꝓseruatiōe fet⁹ ipsi⁹.
28 De facilitate partus z regimine parturiētis.
29 De regimine infantis.
30 De eligenda nutrice: z regimine ipsius.
31 De regimie oium etatū.
32 De ꝓbatione medici.

¶ De dicendis aggregationibus conseruandi sanitatez z eius summis. Capl'm. j.

r **Anitas** conseruatur bonitate mensurationis motus z quietis: atqz comestionis z potus necnō expulsionis supfluitatum ac domoꝝ: z ceterorum locoꝝ in quibus homines manere debent: malorūq̄z accidentiū anteq̄z augmentum recipiant succursus: atqz animaliuz cogitationū sibi cōuenientiū: z ꝓsuetudinū custodie. Nos aūt in vniuscuiusqz istoꝝ tractatu: quātum nostro competit tractatui si deus voluerit loquemur.

¶ De mensura motus z suarum dispositionum ac suarum horarum. Capl'm. ij.

r **Anitatem** conseruare volēti: ante comestionē moueri necesse ē. Motu aūt qsqz vti debet sibi vti ꝓsueto: qō vires ipsius nō excedat. Sit etiā motus deambulationis vel vectationis. Quo nemo taz diu vti presumat: donec fatigationē z multā sentiat grauedinē. Sed cū vtitur motu ex quo lassari se senserit: dimisso motu statim anteq̄z aliquā inde cōsequat lesionē quiescat. De natura enī motus est q̄ qui ante comestionē fit: calorē accrescere facit innatū. Quāobrē z cibus calorē inuenit accensum: z corpus inde crossitudinem z tolerabilitatē z vires acqrit. Sūmopere ꝑterea obseruandū est: vt qui fortibus z grauibus vti vult motibus gradatim in eis ꝓcedat: neqz de quiete ad grauē motum subito transeat. Venter quoqz eius si grauis fuerit z magnus: lata ꝓstringendus est fascia. Post comestionē vero: a forti motu ac longi tpis: oino est cauendū. Sicut enī motus ante comestionē factus sanitatis est ꝓseruatiuus: ita post comestionem egritudinis inuanitur generatiuus.

¶ De mēsura sōni z sue hore: atqz sui iuudmēti. Cap. iij.

o **Portet** vt tamdiu post comestionē aliqs se a somno abstineat donec cib⁹ ab ore stomachi descendisse: atqz inflatio z grauedo minui: atqz inferius mergi sentiant. Q̄t si tardetur nō incongruū est vt parua iuuet deambulatiōe donec descendat. ¶ Est etiam obseruandū ne de vno latere ad alium: sepe voluatur. Tardatur. enī inde digestio: atqz inflatio z rugitus sentitur. Oportet itidem vt puluinar sit altum: z precipue si cibus nondū ab ore stomachi descenderit. Sōni autem vtilitas: anime aufert laborem: eamqz reddit subtiliorem: atqz cogitationem z rationē que ebetes erant z q̄ si fesse subtiliat z acuit: corporisqz fatigationē mitigat: z digestiuā meliorē efficit: ac corpus impinguat: Multū aūt dormire corp⁹ deficcat ac tenerū efficit: flātus q̄z multitudinē in eo creat: ipmqz infridat. Q̄d in corpib⁹ crossis z pinguibus p̄cipue operat. Vigilie vō multe calorē intēdunt ac formā corrūpūt: corpusqz deficcāt atqz colerā rubeam in ipo augmētant. Q̄d p̄cipue operant: cū corpa sunt macra. Oꝝ itaqz vt aīa vigilare nō cogat cū dissoluta z stupida fuerit: neqz ad dormiendū inciteē: cuz excitata atqz subtilis z acuta fuerit: motusqz leues z sensus fortes.

¶ De regimine cibi. Capl'm. iiij.

c **Omedere** pdstq̄z cibi preteriti fex inferius descēderit z ps vētris inferior leuis efficit in qua nulla remāsit tensio: z mot⁹ precessit cōueniens: appetitiua quoqz prevalet melius iudicatur. Et preterea cauendū r.e comestio postq̄z appetitus affuerit: tardetur nisi appetitus fuerit mendosus: sicut ebrijs: ac fastiditis accidere solet. Sed postq̄z homo q ebri⁹ nō ē appetere iceperit: z cib⁹ q p̄cessit neqz mult⁹ neqz crossus fuit: ipa hora comedere dz sine dilatiōe aliq̄ p̄ nāqz melt⁹ ē. Si.n. comestio adeo tardet q̄ ad appetitiua destruat q̄ p̄us intēsa erat: sirupū iulep vl acetosuz vel

aquã calidã sumere debet: aut comestionẽ vna hora tardare donec vomat vel assellet: aut appetitiua excitet ⁊ redeat. Quibus rite pactis: comestio subsequi debet. ¶ Vlal de quoq; cauendũ cẽsemus ne cibo adeo impleat hõ: vt stomachus tendat vel multũ grauet: aut anhelitus angustetur. Quapropter si hoc aliqñ acciderit: cibus sumptus anteq̃z descẽdat euomi debet. Q; si euomi nõ poterit: somnus ⁊ motus incrementũ recipe debent: atqz ea q̃ ventrez soluãt: sumẽda sunt. Cibus ꝓterea quo vti cõsueuerat in sequẽti die minuẽdus erit. ¶ Et etiã sũmopere obseruandũ: vt cibos sibi ꝓsuetos quisq; accipiat: ⁊ totiẽs edat quotiens cõsueuit: nisi cõsuetudo puersa fuerit: a a qua oino ꝑmutari gradatim debet. Quã tñ nõ repente sed ordinate paulatim vz. de illa ad bonã transeũdo deserere debet. Ordo quoq; in comestione iste obseruari debet: vt sani inter diem ⁊ noctẽ ad minus semel: ad maius autẽ vt bis in die: ⁊ qõ tempatius est inter duos dies ter reficiant. Semel aũt in die comedere: corpa habẽtibus macra ⁊ sicca: nocet. Bis vo in die reficiri: corpora habẽtes crossa ⁊ pinguia ledit. ¶ Multo preterea vtẽtes motu: ac multũ laborantes: maiori ⁊ crossiori indiget cibo. Bis aũt contrarijs cõtraria inueniunt. Quapropter cuiusq; hois querenda est ꝓsuetudo: quisq; ei cibus ꝓueniẽs sit interrogandus. Sepe em̃ cõtingit: vt cibaria aliqua q̃ mala sunt aliqbus cõueniẽtia reperiant: a qbus ipsi sicut alij sibi cauere non debent. Et fortassis cibaria aliq̃ existẽtia bona: aliquibus incõgrua inueniunt: a qbus penitus sibi cauere debẽt. Si aũt sint aliqua cibaria aliqbus cõuenientia q̃ ipsi appetãt licet minus bona sint: appetitui tñ tribuenda sunt nisi omnino pessima fuerint. Nõ tñ malis sp vtẽdũ ẽ cibis. Quare si aliqs hoc egerit: solutiuis medicis malos hũores ex tali cibo generatos mouere solitis vti debet. In hora etiã qua talẽ comedit cibũ: aliqd cũ eo comedere: vel post ipz bibere debet: qõ eũ temperet ⁊ minus malũ faciat: sicut si deus voluerit dicturi sumus. ¶ Q; aũt digestio fit mala: ⁊ corrumpit: inde est q̃ cibi multi ⁊ diuersi in vna sumunt hora: ⁊ q̃ cibus crossus ante subtilẽ comedit: ⁊ q̃ multa cibaria cũ iure habẽte micas panis accipiunt: atqz q̃ iter ꝓncipiũ prandij ⁊ finẽ multa sit hora. ¶ Opz preterea vt in hyeme sit cibus actualr calidus in estate actualr fridus. Est etiã abstinendũ a cibis calidissimis: quales sunt tunc cũ ab igne remouent: ⁊ ab illis q̃ sunt vehemẽtis frigoris sicut q̃ sup niuẽ refrigerant: qbus nullus vti debet. Cibo em̃ sup niuẽ infridato: nullo mõ est vtendũ: nisi in tpe magni caloris: corpe q̃si inflamato exñte. ¶ Meliores q̃z hore ad sumendũ cibũ hore sunt fride. Q; si hore fride esse nõ possunt: mãsiones saltim fride sint. Sint iticẽ hore comestionis: post q̃s dormire ⁊ gescere possint. ¶ Fructus etiã si in prandio sumẽdi sunt: ante oẽm edẽdi sunt cibũ nisi sint de his q̃ in stomacho multã faciũt morã: atqz tardant in qbus est põticitas ⁊ acetositas: vt citonia ⁊ poma ⁊ mala g̃nata. Si aũt de his cã medicie sumere parũ voluerint comedãt. Melio tñ in cõseruãda sanitate iudicat: vt oẽs recẽtes fructus dimittant vel pua ex eis sumat quãtitas. Ex qbus si multũ comederint cũ medicis solutiuis ⁊ motu eis succurrendũ est. Est etiã diligẽter obseruandũ: ne recẽtibus vtat fructib⁹: nisi in die quo multo vsi fuerit exercitio atqz in stomacho ardor sentit. Est em̃ ꝓcuiẽs vt in hac dispõne fruct⁹ comedãt recẽtes: sicut sunt ficus: ⁊ vue: ⁊ pira: ⁊ mora: ⁊ crisomila: infridata ĩ aqua. Postq̃z aũt ꝑdictos comederit fructus: aliq̃ interposito spatio: cibũ quẽ debẽt sumere edãt. ¶ A fastidio ꝓterea sũmopere est cauendũ. Q; si q̃s fastidiũ passus fuerit: in eadẽ die minoret cibũ atqz in sequẽti filr alleuiet cibũ. Sed si multis dieb⁹ ⁊ cõtinuis fastiditus fuerit: medicinã bibere debet nõ multũ solutiuã q̃lis est ea q̃ sterꝯus expellere: ac stõm ⁊ intestina: ⁊ epatis foramia mũdificare solet: sicut trifera minor q̃ pigrã recipit ⁊ turbith. ¶ Vel pillule q̃ spẽs recipiũt redolẽtes: vel pillule de mastice ⁊ aloe ꝓfecte: vl dia citonitẽ solutiũ. Vel electuariũ laxatiuũ de dactilis: vel scheri ebeçen ⁊ his silia. ¶ Sunt etiã hoies in qbus crossa bene digerunt cibaria: ⁊ corrũpunt in eoꝝ stomachis cibaria subtilia. Istis ergo ea q̃ nõ in stomacho corrũpũtur tribuẽda sunt: ⁊ q̃ digerunt. Huic aũt dispõni habentibus cõtrariã ꝓtraria danda sunt. Et expedit vt plus nutrimenti illius in quo alicuius humoris generatio corruptibilis multiplicari solet sibi inferẽs nocumẽtũ: fit huic cõtrariũ hũori: ipmq; generari ꝑhibeat.

¶ De regimine potus. Lapm v.

i **Apotationis** regimie obseruãda est regula ne aquã ieiunus vel sup mensam nisi postq̃z comederit: ⁊ ventris superiora alleuiata fuerit: sumere ꝑsumãt. Si tñ ea cã reprimendi sitim vti voluerit: nõ ad satietatẽ: sed parũ ex ea sumant. Postq̃z vo vẽtris supiora vt prius dictũ est alleuiata fuerint: cibusq; ab eo descẽderit: satiari ex ea vel vino debẽt. Sũmopere aũt cauendũ est: ne quã niuis aliq̃ bibant neq; aquã in mẽsa accipiãt: nisi fridã. Frida em̃ cuz fuerit: parua ex ea sufficit quãtitas. Ab aqua ꝓterea niuis neruos habẽtes debiles: quoꝝ stomachus ⁊ epar frigida sunt: atqz q̃ in digedione sua inuenit diuersitatẽ: ⁊ cui⁹ aia debilis ac quasi cõsumpta cernit: sibi cauere debẽt. Qui aũt carnosus fuerit: ⁊ sanguinẽ multũ atqz colorẽ rubeuz habuerit: quoꝝ ⁊ appetitiua fortis existit: nihil ab aqua sumere debẽt. ¶ Nullus etiã ieiunus aquã bibere debet: nisi q̃ magnũ habet ardorẽ: vel qui est ebrius: debet insup q̃sq; ieiunus vel post balneũ vel post coitũ: vel post fortez motũ q̃ hois anhelitũ frequentẽ facit cauere ne multũ aq̃ fride subito bibat. Sz parũ ex ea paulatim sumere debet. Qõ eo vsq; facere debet. donec illud remoueat accidens atqz ei⁹ extinguat ipressio. A qua etiã noctu bibẽda nõ est: si sitis mendosa fuerit. Signũ vo huius est: q̃ sitiens ebrius est: vel qõ iam bibit aquã sibi sufficientẽ anteq̃z dormiret: sicut cõsueuerat. Q; si cõtingat aliquẽ aquã multã bibere: ⁊ sitim augmẽtari a potu ipsius abstinere debet: atqz sitim multum tolerare. Cito em̃ remouebit sitis. Homo aũt famelicus ⁊ vacuus: vinũ bibere nõ debet. Neq; post cibũ acutũ: nec post balneũ. Neq; post fortẽ motũ. Neq; post cibo ꝝ saturitatẽ: nisi postq̃z descẽderit cibi. Neq; post crapulã neq; vini tãta sumẽda est q̃ztitas: vt ex ea grauet stomachus ⁊ tẽdat: nisi aliqs post eius potũ sibi medicare velit. Debet etiã q̃sq; vinũ eligere: qõ sibi ꝓueniẽtius est fm q̃ diximus. Diuersificat em̃ vinũ in suis spẽbus multipliciter. Frequẽti q̃z ebrietate nullo mõ est vtendũ. Malas em̃ generat egritudines. ¶ Vna aũt ebrietas vel due in mẽse auxiliũ ꝑbẽt si nõ sint ꝓtinue. Sitq; cuiuiusq; hominis inclinatio ad ipm vel ab ipo: fm q̃ sibi ꝓueniẽtius est. Sũt.n.q̃ cibũ sine vino digerere nullo mõ pñt: ⁊ sunt alij q̃ a vino grauant: ⁊ in qbus cibus cũ vino corrũpitur qb⁹ colorẽ atqz repletionẽ facit febrẽq; cito inducit.

¶ De mũdificatiõe corpoꝝ a supfluitatib⁹. Lap. vj.

v **T corpus** a supfluitatib⁹ mũdũ ꝑmaneat valde studere cõuenit. Q; ventris solutiõe ac vrine ꝓuocatiõe necnõ motu ⁊ exercitio fieri põt. Vnũqõq; .n. istoꝝ aliq̃z supfluitatũ speciẽ a corpe expellit. Quapropter si egestionẽ cõpatiõe ciborũz assumptoꝝ paucã inuenerimus: atqz minorẽ q̃z esse ꝓsueuerat: ventrẽ cũ aliq̃ re tpata hoc faciẽte: soluere debem⁹. Vrinaz quoq; si minuatur: similiter tempate ꝓuocare debemus. Q; vinum subtile ⁊ sirupus acetosus atqz melonũ ⁊ citrolorũ semina necnõ ipm apium: ⁊ feniculũ: ⁊ cucumeres: ⁊ citrulli: ⁊ melões ⁊ his silia faciẽt. Qñ aũt qõ ꝑ sudorẽ expelli solet: minuit: atqz lõgũ iã ꝓterijt tps: ex q̃ magno nõ vsi fuim⁹ exercitio: neqz aer circũdãs ẽ calidus cũ exercitio atqz balneis sudorẽ ꝓuocare debem⁹. ¶ Et si contingat vt cibis colere rubee generatiuis vtamur: rem ipam tpate expellentẽ sumere debemus. sicut sunt mirabolani citrini: ⁊ pruna: ⁊ tamaridi: ⁊ serũ: ⁊ succ⁹ granato-

rum enꝫ pulpa ſua tritorũ. Q; ſi cauſa errorꝭ illud facere. dimiſerimus: donec humoꝭ maxima quãtitas in noſtriꝭ adunetur corporibus fortioribus tunc vti oportebit medicinis: quas in parte de curandis egritudinibus in locis illarum nominatione dignioribus noiabimus: atqꝫ tunc forti oportebit nos vti medicia: ſicut q egritudines medicatur: nõ ſicut qui ſanitatẽ cõſeruat. ¶ Si aũt cibus coleram nigrã generare ſolet: mirabolanos indos atqꝫ polipodium necnõ epithimũ ſumere debemus. Et ſi flegma generare ſolet: trifera minore pigrã ⁊ turbith recipiente vel electuario exçinçibere: ⁊ turbith ac çucharo facto vti cõuenit. ¶ Stomachũ quoqꝫ ſi viderimus quaſi ſtupidũ ⁊ ſine ſenſu: atqꝫ appetitiuã deſtructã: ⁊ homo iam nõ appetit niſi acuta: aliaqꝫ cibaria eum grauãt ⁊ ꝑprie dulcia ⁊ vnctuoſa vomitus tũc hoc modo ꝓuocãdus erit. Primus comedat res ſalſas ⁊ ſinapum aut ſiclam aut rafanum: poſtea bibat ſirupũ acetoſum: vel ydromel aut medicias que tempate purgare ſolent quas noiauimus. ¶ Corpus aũt ſi qñ inflãmatũ atqꝫ ad motões graue: colorem quoqꝫ rubeũ ⁊ tactũ calidũ viderimus: venaſqꝫ eleuatas ac plenas cõſpexerimus. Sanguinẽ minuere feſtinabimꝰ atqꝫ ciborꝫ menſurã minuemus: carnẽ quoqꝫ atqꝫ vinũ necnõ oia dulcia dimittere cogemus ⁊ nitemur ad hoc vt oia cibaria ſint pontica vel acetoſa. Q; tãdiu fieri cõuenit donec predicta ceſſent accidẽtia. ¶ Viri ꝑterea ac mulieres cum appetũt coire debent. Qõ quidẽ faciãt nature nõ repugnãtes. ¶ Sunt etiã quedã alia q̃ ſũma cũ diligẽtia fieri debent: vt dentũ ⁊ gingiuarũ: ac labiorꝫ cũ corticibus radicũ nucũ fricatio: ⁊ gargariſmꝰ: atqꝫ ſternutatio in aliqbus horis. ¶ Supfluitatũ quoqꝫ nulla eſt retinẽda. Ex retentione.n. vrine mingẽdi accidit difficultas: Egritudines quoqꝫ q̃ veſice in ſuis partibus ſolẽt accidere: euenunt. Egeſtio vo retẽta: ventoſitatẽ ⁊ tenaſmon: atqꝫ malã colicã: necnõ appetitiue deſtructionẽ ac faſtidiũ gẽrant.

¶ De manſionibus ⁊ domibus ſiue hoſpitijs temperandis. Capitulum vij.

Porter attẽdere ne ĩ his locis fit calor talis: ex quo corpus in ſudorẽ reſoluat ⁊ humectationẽ: neqꝫ frigus tantũ ſit vt ex eo corpus cõtrahat: ⁊ horripilet. Terra q̃qꝫ nõ ſit mollis neqꝫ hũida neqꝫ multũ ſicca: neqꝫ ſit ſordida: neqꝫ puluerulẽta: ſed ſit inter has diſpoſitiões mediocris. Q; erit ſi locus ſordidꝰ ⁊ pulucrulẽtus ita roretur aqua vt ex ea recipiat temperamentũ. Et ſi fuerit mollis: ſuper lectos vel in ſolario ſedeatur. Manſeones ſicut ꝑdictũ eſt tempate corporibus quorꝫ ſanitas eſt ꝑfecta: ⁊ natura tempata ꝓferunt. Corporibus vo diſpoſitionẽ his habẽtibꝰ ꝓtrariã: que.ſ. macra ſunt ⁊ colerica. manſiones molles ⁊ humide cõgrue exiſtunt: ſi cum hoc etiam frigide fuerint. Sicce aũt ⁊ calide manſiones: que cũ hoc mollitiẽ nõ habeant corpibus diſpoſitionẽ iſtis habẽtibus ꝓtrariã auxilianꝭ. Quibꝰ ille q̃ ab iſtis diuerſe inueniunꝭ: nocumentũ ꝑbent. Decet preterea ſũmopere caueri ne malus in eis ſentiat odor. Q ui ſi forte affuerit ſuffumigationibus erit emendandus.

¶ De ſignificatione malorum accidentium anteq̃ preualeant ⁊ augeantur. Capl'm viij.

Capitulum hoc ex elemẽtis ꝓſeruandi ſanitatẽ nobile exiſtit. Et eſſet ſatis ꝓuentẽs vt in ipſo multiplicaremus verba: ⁊ vſqꝫ ad vugue ea q̃ in ipo ſunt cõſideranda ꝑſcrutaremur. Sed qꝫ iſtius noſtri libri intentionẽ ꝑterire nolumus in nullo ſuorꝫ moram faciemus capitulorꝫ aggregationes: ⁊ ſũmas apponẽtes paucas. Dicamꝰ igiꝭ q̃ cũ capitis dolor fortis eſt ⁊ manſiuus: vel emigranea verendũ eſt ne ad oculos aqua deſcẽdat ⁊ dilateꝭ pupilla. Quapropter ſi capitis dolor diu ꝑſeuerãdo grauiter infeſtauerit: neqꝫ medicinis releuari poterit: infirmanti ſuccurrendũ erit cum extractione artariarꝫ q̃ in timporibꝰ pulſant. ¶ Saltus faciei diu permanẽs ſi multus fuerit ⁊ fortis oris torturam adeo portendit vicinã: vt ſtatim inuadere debeat. Poſtq̃qꝫ igitur iſtud ſentiri ceperit medicine vehementer ſolutiue: ac vomitus ꝓuocatione dari debent. Facies quoq̃ cum forti aceto qõ de vino factũ ſit in quo mentaſtrum ſit decoctũ fricari cõuenit: ⁊ comeſtio parua erit dãda. A vino ꝑterea oino abſtinere debet. Fortibuſqꝫ euacuationibus: ac fricationibꝰ: necnõ gargariſmis ⁊ ſternutionibus vtendũ erit. ¶ Totius vo corporis ſaltus multus ⁊ diu permanẽs: ſpaſmũ ꝓnoſticaꝭ. Qꝫ igiꝭ cum iſtud acciderit: fortiter euacuare ⁊ fricare corpus: ⁊ ipſius regimen ſubtiliare: medicine quoqꝫ calide quas in ſuo noiabimus capitulo dande erũt. ¶ Stupor paraliſim portendit. Q ua propter cũ accidit: regimẽ ſubtiliandũ erit: corpuſqꝫ cum medicinis acutis: quas in paraliſis capitulo noiabimus: euacuandũ erit. ¶ Faciei ⁊ oculorꝫ rubedo atqꝫ venarũ in ipſis manifeſtatio ⁊ lachrymarũ deſcẽſus: ⁊ claritatem luminis patiendi impotẽtia. Q ia hec ſi cũ forti capitis dolore affuerint freneſis ꝓnoſtica erũt. ¶ Succurrẽdũ igiꝭ erit cũ flõmia ac vẽtris ſolutiõe. Caput quoqꝫ oleo roſeo cum aceto mixto infundendũ erit: totũq̃qꝫ corpus infrigidandũ. ¶ Incubus ⁊ vertigo ſi diu ꝑſeuerauerit: fortesq̃qꝫ extiterint: epilepſiam portẽdent. Non eſt igiꝭ negligendum qn taliter laborantibꝰ ſuccurramus cũ his que in capitulo de epilepſia dicturi ſumus. ¶ Triſtitia abſqꝫ manifeſta cauſa diu ꝑmanens: ⁊ cordis malignitas atqꝫ deſperatio melliam ſignificãt. Q uapp ſuccurẽdũ ẽ: vt dicturi ſumus. ¶ Luꝫ aliquis ante oculos quaſi muſcas volare: vel quaſi pilos ſtare aſpexerit: vel in circuitu eorꝫ que aſpicit quaſi fumũ vel vaporẽ viderit: ꝓncipiuꝫ deſcenſus aque inuiꝭ. Hoc igiꝭ diligẽter eſt cõſiderãduꝫ vt in ſuo dicturi ſumꝰ capl'o: ⁊ vt medicetꝭ ꝑperanduꝫ. ¶ Reumatiſmus ⁊ coriça ſi frequẽter euenerint ne ꝑtiſis: vel aſma vl' pulmonis ꝓuenãt paſſiões: timẽdũ erit. Ideoqꝫ ſtati erit ſuccurrẽdũ. ¶ Sudor multus ⁊ diu ꝑſeuerans: corpis ſignificat repletionẽ: Subuenẽdũ igiꝭ erit cũ flõmia ac cibi paucitate. Si aũt ſudor male fuerit olẽs q̃ febris ſit iam vicina ſignificat. Q uapp ea q̃ rubeã ſoluãt coleraꝫ danda erunt. ¶ Cordis tremor fortis ⁊ frequẽs: mortẽ portẽdit ſubitaneã Ideoqꝫ cũ flõmia ⁊ medicis vẽtrẽ leuiter ſoluẽtibus ſuccurrere oꝫ. Repletio ſup flua timorẽ emoptoice paſſionis future: atqꝫ apoplexie: ⁊ mortis ſubitanee affert. Unde ſtati cũ flõmia ſubuenire oꝫ. Si ſenſuũ turbatio ac motuũ debilitatio cũ repletiõe affuerit: ne ſupueniat apoplexia: timẽdũ erit. Succurendũ igiꝭ erit cũ flõmia ⁊ gargariſmo. ¶ Grauitas ſi in dextro fuerit latere apud coſtas poſteriores pũctura atqꝫ tenſio epatis ſignificat leſionẽ. Subuenẽdũ igiꝭ erit; put ĩ ſuo dicemꝰ capl'o. ¶ Egeſtio plus ſoluto tincta hictericiã ſignificat. ¶ Facies ẽt ac palpebre ⁊ extremitates ſi inflate fuerint: ꝓnoſticabũt ydropiſim. ¶ Ogeſtionis fetor: faſtidiũ atqꝫ grauedinẽ q̃ exiſtit in venis: inuit. ¶ Fetor q eſt in vrina: putrefactionẽ ſignificat: ⁊ q̃ febres euenire debẽt. ¶ Laſſitudo ⁊ diſſolutio cũ deſtructione appetitiue febrẽ ſignificãt. ¶ Appetitiue autem deſtructio ⁊ nauſea innuũt colicam. Succurrendum eſt igitur cum longo ſomno ⁊ cibi abſtinẽtia poſtea cũ medicis q̃s ibi noiabimus. ¶ Grauitas ⁊ tenſio in inferiorib' vẽtris ⁊ ꝓliorꝫ: cũ vrine a diſpõne ſoluta ꝑmutatiõe: nocumẽtũ in renib' iceptũ demõſtrat. Iõqꝫ cito ſuccurrendũ erit. ¶ Vrine ardor diu ꝑſeuerãs: veſicã ⁊ virgã puſtulis hereditabit. Subuenẽdũ iriꝭ erit: ſicut ĩ ſuo dicemꝰ capl'o. ¶ Mollis egeſtio ani aduſtiõez ac pũcturã faciẽs diſſinteriã demõſtrat futurã. Subuenẽdũ ẽ igitur. ¶ Prurit' ani futuras ſignificat emoroidas: ſi nõ cã ⁊ vmiũ puorꝫ multorꝫ: ibi exñtiũ ꝓtrugat. ¶ Ex multitudine ademenul magne exiture aduent' timeꝭ. ¶ Ex multis nodis magne collectionis ſuſpitio exoriꝭ. ¶ Morphea alba: albaras albe timorẽ iducit. ¶ Multus faciei rubor cũ obſcuriſcatiõe ⁊ anhelitus anguſtia ⁊ vocis raucedo: lepra aduẽtare q̃ iam incepit accedere timere faciũt. ¶ Si

aūt aliq̄ dispositionū corpis sani ꝑter solitū ꝑmutata fuerit vt.ſ.appetitua fortior vel debilior existat: vel exeūtia a corpore plura fiat vel pauciora: vel somnus lōgior fit aut breuior: vel agitatio vel etiā insōnietas adsit: vel sudor ꝑter solitū ex corpore decurrat: vel ea q̄ a corpe manare solita erāt retineāt: vt emorroidaꝭ ⁊ mēstruoꝭ sanguis atq; sanguis vomitus q statutis dieb⁹ euenire solit⁹ erat: vel sanguis q ex naribus fluere consueuit: vel si totius corporis dissolutio fiat: vel ingenij pigritia aut in ore extrane⁹ sentiat sapor: aut ea que nō ꝓsueuerūt delectationē afferant aut ecōtrario: aut coeundi desiderū aliqs augmētari sentiat: vel diminui: vel in somno occurrat somniū qd̄ nō cōsueuit euenire. vel corporis color ꝓuertat ⁊ mutet: aut tactus ꝑter solitū: ⁊ vltimū cū aliqd̄ nō assuetū acciderit ⁊ p̄ manserit: ac augmētari cepit egritudinē ꝓnosticabit futurā. Quāobrē cuiuslibet ꝑdictoꝭ cā subtiliter est iuestigāda: ⁊ ad eius sanationē festinandū. ¶ In corpe q̄z si qn̄ repletionis significatio visa fuerit in ipsius flōmia elaborādū erit: ac comestio minuēda. Et si qn̄ alicuius hūoris dominij significatio apparuit: succurrēdū erit cū solione eiꝰ ⁊ cū medicis qbus hmōi humor ex corpe duci consueuit. ¶ Preterea si infirmitas alicui cū periodo nota supuenire ꝓsueuit: anteq̄z poxisme hora accedat flōmari debet: vl qd̄ assellare faciat tribuendū: oia quoq; alia que post egritudinis aduentū fiunt exerceri debent: quēadmodū in suis si deus voluerit capitulis dicturi sumus.

¶ De cogitationibus anime. Capl'm ix.

q **Necunq;** ex illis animam gaudere atq; letari facit: robur viribus tribuit ⁊ nām excitat: ⁊ in suis adiuuat actionibus. oibusq; sanis confert: nisi his q carnis minoratione: eo q̄ supflua fit indigent. Qui tū sani nō existunt ecōtrario. Que vo tristari facit: oibus sanis nocumentū infert: exceptis his q carnis indigent minoratione.

¶ De cōseruatione consuetudinū. Capl'm x

Consuetudines cōseruare: ⁊ ꝑm eaꝭ incidere regulā nisi pessime oz. Quā ergo sunt sic ab eis paulatim ac ordinate est recedēdū. Quapropter qsq; cauere debet ne alicuius rei sibi cōsuetudinē faciat: quā ipm obseruare oporteat: ex cuius obseruatiōe ꝓstrictionē patiat. Ut si qs vno cibo ꝓsuete semp vtat: vel aliquo potu vel oino ab eis abstineat: vl dormire vl mouere: vel egerē vl coire ꝓsuescat ⁊ ex aliq̄ istoꝭ grauiter cōstringat: maximū incurret nocumentū siab eis abstinuerit. Quapropter quisq; corpus suū sic disponere debet vt calorīs ⁊ frigoris patiens esse possit: ⁊ ad motiones ⁊ cibaria sibi necessaria aptum reddatur: ⁊ vt somni ⁊ vigiliarū horas: atq; mansiones ⁊ domos sine lesione permutare possit. Fortassis em̄ ex necessitate hoc agere cogetur.

¶ De his qui a cibis inconuenientibus nocumentum expellunt. Capl'm. xj

f **Aluus** existit a ciboꝭ malitia: q nō eis vtitur. Q; si aliquē eis vti contingat: sibi subuenire debet: catarticū humorē ex eis generatū expellēs sumēdo: Multotiēs tū aliquis eoꝭ euadet nocumentum si ea tempauerit. Tempari aūt possunt si ante ea vel post ipsa aliqd qd̄ eoꝭ reprimat malitiā: ac digerēdo ducat ad temperiē edat. Ut si qs dulcia diligat a qbus tū ledat: post ipa sirupū valde acetosum bibat: vel acetū cū aqua vel comedat post ipsa mala ḡnata acetosa: ⁊ ad summū q̄libet sumat acetosa: ⁊ flōmia vti incipiat: ⁊ catartico colere rubee solutiuo. Sed qui cibaria diligit acetosa: sicut est caro cū aceto cocta: ⁊ alcharis: ⁊ almosos. ⁊ his similia: ex quoꝭ esu ꝓtrahat nocumētū: post ipa comedat mel: ⁊ vinū vetus ⁊ forte bibat. ¶ Quib⁹ vo vnctuosa nocent cibaria: post ipsa pontica ⁊ stiptica atq; amara ⁊ salsa ⁊ acria comedere debēt sicut sunt lentes: ⁊ glandes ⁊ almuri ⁊ garus: ⁊ cauguamich que sale condiunt: ⁊ cepe ⁊ allia. Quibus aūt ista nociua existūt: ipsoꝭ refrenare malitiam debent cum vnctuosis ⁊ hūidis ac solutiuis. ¶ Sz qbus crossa incōgrua existūt cibaria vt triticū cum aqua simplici coctū: vel cum lacte: ⁊ his filia: ⁊ tū ex eis edunt ante ea vel post ipsa de almuri parum sumere in potu debent: motū quoq; ⁊ exercitiuz augere cōuenit: atq; diacimīnū: ⁊ diatrion pipereon sumere ꝓuentēs est. Qui si ex eis multum comederint: ventrē forti medicina flegma expellente soluere debent. ¶ Si quis aūt in epate grauedinē atq; puncturas ꝑpter crossoꝭ ciboꝭ comestionē pati solitus est: sirupum acetosum cum multis radicibus ⁊ seminibus factum assidue bibat. ¶ Si q uis ꝑterea ex recētibus fructib⁹ multū comederit: sirupū acetosuz post esuz dulciū sumat: vt sunt rotab ⁊ musa ⁊ melones dulcissimi ⁊ fic⁹. post acetosoꝭ vo ⁊ stipticoꝭ comestionē bibat ydromel: nisi ideo comederit vt sibi medicaret. post quos si inflationē fecerint diacimīnū sumere cōuenit: ⁊ vinū vetus ⁊ forte bibere: ⁊ aquā seminū ⁊ his filia. ¶ Post fructus aūt siccos ⁊ quoꝭ tū interiora comedunt: q̄ comedentes calefacere consueuerūt: sirupū valde acetosuz ⁊ apōçinata q̄ fiunt ex siccis fructuū acetosoꝭ ad spissitudinē decoctis bibere cōueniens est ⁊ cibaria edere acetosa. ¶ Post fructus aūt q inflare ⁊ appetitū auferre ac disturbare consuerūt mitua sumēda est. Postea aūt comedat diacimīnū: ⁊ diatrion piperion: ⁊ çinçiber conditū. ¶ Aqua vo crossa que tarde descendit nequaq̄z absq; vino est bibenda. ¶ Si qs ꝑterea aquā nuis sepe in potu sumpserit: opz vt adeo sepe intret balneum: quoad sudet: ⁊ incipiat sumere medicinas vētris solutiuas: quas cum de neruoꝭ tractabimus egritudinibus nominabimus.

¶ De illis q̄ nocumentū a vino illatū auferūt. Cap. xij.

r **Jvinū** epatis ac totius corpis calefactiuū existat: multe aque ām̄ixtione habēs bibendū est: post qd̄ granata acetosa sunt edēda ⁊ acetositas cuti sumēda: ⁊ his filia. Ipsum q̄z tunc erit bibendum qn̄ cibaria comederint acetosa: sicut ea q̄ vue acerbe succum hebēt ām̄ixtū: ⁊ eis similia. Q; si qs ex vino graue capitis incurrit dolorē: vinū non bibat nisi clarū. qd̄ multe aque habeat ām̄ixtionē. Et dū ipm bibere appetit citonia ⁊ his filia stipticitatē habentia edat. Deinde vo post ipsius potū: cibarijs vtat leuibus in qbus stipticitas sit et vaporis extinctio: sicut sunt cibaria infrigidata: vue acerbe succum habētia: ⁊ his filia. Si qs ventris inflationem vel dolorem patiatur: vinum purum bibat: aut parū ām̄ixtum: cū quo nihil crossitiē habēs comedat: neq; post eiꝰ haustum comedat.

¶ De illis q̄ vice vini in potu sumunt. Capl'm. xiij.

v **Jnum** stomachū ⁊ epar calefacit: inflationē quoq; dissoluit: cibumq; digerit atq; vrinam prouocat ⁊ ventrem soluit: ⁊ propter hoc aīam letificat: ⁊ gaudere facit. Hūc aūt postremū bonitatis vini modū nondū inuenim⁹ aliqd: qd̄ vicem vini cōpleat. In alijs aūt modis qn̄q; repiri possunt quedē vini vicē supplētia: lz in his opationib⁹ vino debiliora existāt.

¶ Sirupus calefaciēs stomachū: ⁊ epar ⁊ remouēs inflationē: ⁊ cibi adiuuās digestionē ⁊ nutrimentū penetrare faciens. Rl. mellis apū. lib. i. aq̄. lib. vj. Hec mixta tādiu coquant ⁊ spument donec iulep teneāt filitudinē. Deide in vna lib. hui⁹ ydromellis qd̄ remāsit: puluis subtilissimus in pāno lineo subtili ligat⁹: q Rl. çinçiberis pipis nigri ⁊ longi: cinamomi masticis gariofiloꝭ spice aā. ʒ. i. manibus exprimat: duz adhuc bn̄ calet ⁊ in ipo manere dimittat. ⁊ sic postea bibat. ¶ Sirupus ventris solutiuus. Rl. ficus albas: qbus aque decuplū super fundat: ⁊ tādiu coquātur donec dissolui incipiāt: ⁊ p nocte vnā dimittatur: postea vo colent: ⁊ in colatura illa mel ad sue medietatis mensurā ponat: ⁊ bulire dimittat: donec ad iulep redeat similitudinē ⁊ reponat. Sunt autez qdā q vnicuiq; libra huius sirupi. ʒ. ij. lactificij ficulnee admiscent vt ventris

solutiuus

solutiuus magis existat.

¶De iuuamentis ⁊ nocumentis flebotomie ⁊ quomodo debeat fieri. Cap. xiij.

a **Blutio** faciẽs capillos lõgos: folia açedaragi: fumanf: ꝛ capillus veneris viridis: ꝛ mirrha: ꝛ mirabol'. emblici: ꝛ ponanf in ablutione: ꝛ cooperiaf caput ex ea: poftq̃ ꝛ aqua madefactuꝫ fuerit in qua emblici fuerunt pofiti. ¶Alia ablutio capillos faciens longos. Aqua in qua ficla cocta fuerit: fumiaf in qua parũ finapis ponatur: ꝛ cum ea capilli lauenf poftea vo inunganf oleo ꝛ augmentabunf. ¶De his autez que capillos cadere ꝓhibẽt: oleũ eft mirtinũ cum frequẽter capilli eo inũgunf. ¶Eos etiam cõfirmat: fi laudanũ in vino refolutũ equali menfura cum oleo mirtino fit admixtũ cum frequẽter eo vtuntur. f. vt capilloꝝ radices eo in nocte fricenf: ꝛ poft in mane balneũ ingreffus qui pattitur: cum aqua calida eos lauet. ¶Oleũ capillos cadẽtes retinens. Emblici: ꝛ folia mirti fumanf: ꝛ in aqua coquãtur vfqꝫquo aqua turbida fiat. Poftea huius aque libra vna: ꝛ olei onfancini. lib. j. accipianf: ꝛ mixta ad aque cõfumptionẽ coquanf. Poftea vo ei qõ ex decoctione remãfit. ℥. j. laudani in vino refoluti addatur: ꝛ capilloꝝ radices: ex hoc oleo fricenf. ¶Oleum capillos facies rigidos: ꝛ etiam nigros: fi eo inunganf. ℞. folioꝝ mirti: foliorum papaueris ruffi: capill. veneris fpice nardi: caperi feminis ficle: feminis apij emblicoꝝ. afi. quantũ vna manu capi põt. Hec aũt omnia in tribus libris aque donec ad vnam redeant libram coquẽdi funt: ꝛ poftea colanda deinde colatura hec cũ vna libra olei allreiri eft miscenda: ꝛ vfq; ad aque confumptionẽ coquẽda. Cui poftea admifcẽda funt. ℥. ß. acacie: ꝛ tantundẽ cineris corticis pini: deinceps vo reponendũ fingulis diebus: ꝛ ex eo iunctio eft faciẽda. ¶Medicamẽ prohibẽs caluitiũ ꝛ curans qõ ex eo iam incepit. ℞. capilloꝝ veneris: folioꝝ mirti corticum pini thuris. afi. partes equales. Que affari debent donec teri poffunt: poftea vo ãmifcenf eis laudani ꝛ mirre. afi. quantũ de vnoquoq; fupradicioꝝ ex qbus cũ vino veteri ꝛ oleo de femine raffani mixtis caput in nocte epithimetur: ꝛ in die lauetur. Et affiduetur: hoc enim caluitium fanat inceptum.

¶De fciffuris extremitatũ capilloꝝ. Cap. v.

r **Icapillis** hoc euenerit accidens: aqua ꝛ oleo concuffis donec bene cõmifceantur: frequẽter erunt inungendi. Cũ mucillaginibus quoq; viſcofis: eos lauare oportebit: ficut eft ea que fit de femine lini ꝛ pfilij: ꝛ folioꝝ fifami: ꝛ que iftis fimilantur. ¶Q; j. fi ifta non fuffecerint: quies: ꝛ comeftio ꝛ balnei vfus ꝛ potus augmentari debent. Si autem cõtingat vt cum hoc in corpore fit pinguedo: ꝛ fit eius figura pulchra: ꝛ hoc accidens paruum exiftat: a medicinis defiftendum erit. Si autem magnum fiat: frequenti ventris foluttone vtendum erit: ꝛ flebotomia facienda: cibaria quoq; ac vinum funt minuenda.

De crispatione capillorum. Capl'm. vj.

Capilli frequēter sunt fricandi cuz folijs sidre albe z gallis. Res fortis ad istud farina fenugreci: z mirra z semina iusquiami albi trita z sidre z galle ac calx z merdasengi: sumantur z ex omnibus capilli fricentur.

De his que efficiunt capillos planos. Cap. vij.

Hac medicatione eis est vtendū quibus capillorum curantur fixure: z inunctio ex oleo sisamino tepido est facienda. Super capillos quoqz aqua calida sepe est fundenda.

De nigrificatione capillorum. Capl'm. viij.

Umatur tertia pars vnius lib. gallax z inungantur oleo: z fricentur donec nigrefiant z findantur: deinde accipiantur eris vsti dragaganti. aā. ʒ.s. salis gēme. ʒ.ij. aluminis. ʒ.j. terantur omnia in modum collirij: deinde aqua calida ad moduz masse conspersa: quatuor horis fermentari permittantur z caput z barba prius abluta cuz aqua calida z postea exiccata: manibus perfricando liniantur. ex predicta medicina: z folia desuper ponantur ne medicamen deficcetur Que postqz per sex horas sic permanserint: cum aqua tepida lauari debent.

Tinctura alia. Sumantur merdasengi z calcis non extincte amboz partes equales: luti quātum de p̄dictis duobus ceruse quātū de omnibus. Ex his omnibus aqua conspersis inungantur capilli: z folijs desuper cooperiātur. Et postqz per tres horas taliter manserint: cū aliquibus lauentur mucillaginibus: pueniet enim ex hoc nigredo pulchra.

Tinctura alia merdasengi z calx sumantur: z super ea sextuplum aque fundatur: z in sole sic manere per tres dimittantur dies frequēter cōmiscēdo. deinde aqua hec coletur: z mittat in ea lana: que si denigretur bona est. Sin autem sic nō eueniat: in hac aqua sexta pars merdasengi z calcis vt prius iterum ponat. z manere pmittat. Quod tamdiu fieri cōuenit donec lana imissa tingat. Postea vo alchāna cū aq predicta conspersa fermētari pmittat: de q tinctura faciēda est: denigrat em pfecte: z valet ad anusfi ex lana in hac aqua intincta piloz radices fricentur.

De regimine capilloz ne cani cito fiant. Cap. ix.

Epe aliqbus hoibus cani cito intēpestiui videlicet inasci solent: a lijs aūt tardari sue cōplexionis causa. De his aūt que canitiē tardare faciūt est hoc. s. vt de trifera minori in mane frequēter sumatur. Cuius descriptio. Re. mirabol. nig. lzebul. belliri corū: emblicoz omniū aā. ptes equales terant: z oleo inunganf z cū melle ꝓficiant: de qua singulis diebus i mane ad nucis magnitudinē sumi debet. Maior aūt ps eoz qbus nutrimentuz fit fit lzalagie z assature. Abstinere aūt ꝓuenit a lacte z a cibis habētibus micas panis admixtas: z a pultibus quesunt multū spisse. z a frumento cocto: z ab his q ex melle cōficiunt z a potu aque nitis: z a multe aque potu. Vinū aūt vetus z purū modice bibēdū est: vel ydromel. Ea qz q salmuria ꝓdiunt z sunt salsa edenda sunt: z panis in almuri nabati est intingendus z de eo parū a ieiunio est potandū. Sicla p̄terea cū sinapi comedat. Qt si hoc vtēs regimie calore infestet: cū aceto z sirupo acetoso ipm reprimat. Multus etiā balnei vsus cū aqua ac cgit⁹ minui debēt. Hoc qz sumope est cauēdū ne capilli aq rosata infundant: z p̄cipue si camphorā habuerit admixtā. Et si qñ hoc factū fuerit studendū est vt deficcent. Unguētis qz vtendū est: in qb⁹ spēs cane z odorifere ac stiptice ponunt sicut est oleū qd̄ dixim⁹ Qt si ge ad h̄ multū anhelauerit, ordinatū ad electuariū d̄ anacardis accipiendū tēdat qd̄ in hyeme incipiendū erit.

De tinctura capilloz rubea vel subrubea. Cap. x.

Umantur lupinoz tritoz. ʒ.x. mirre. ʒ.s. aloxāti. i. flo. salicis fecis vini siccate z assate. aā. ʒ.iij. deinde cinis sarmentoz accipiatur: z aqua sup eū fundat. z p noctē vnā sic dimissus coletur. z ex hac aqua p̄dicte ꝓficiant medicine. Postea vo capilli ex eis inuncti. p noctē vnā dimittant: ac deinde lauentur. Qd̄ iterū itaqz iterū similiter faciendū est: z fient prius rufi: postea vero rubei.

De albificandis capillis. Capl'm. xj.

Umantur stercus irundinū z enula ficca z mes z semina radicū z seminа vefrim ficca z sulphur z flos capparis siccus: z ex his oibus cum felle vaccino z aceto collectis inungātur capilli. postqz cū sulphure fuerint suffumigati: z non lauent sed dimittāt sic: z post hoc suffumigent cū sulphure: qd̄ multis ꝓuenit fieri vicibus. Postqz aūt albificari ceperint: oleo sambacino frequēter sunt inungendi.

De his q auferūt capillos z que subtiliāt z que euellūt z que eoz phibent ortum. Capl'm. xij.

Alcis albe z vehementer acute: z cineris coclearis maris partes sumant equales: arsenici citrini triti vt alcohol octaua vnius partis supradictoz. Hec oia cū aqua in mortario trita. p duas horas sic manere dimittant. Ex qbus sic pactis pili sunt inūgendi aut ex spuma marina z gipso: hoc idem fiat. Ista qz bona existunt. De his p̄terea q capillos subtiliāt est vt cinis vitū vel baurach: in psilatro mittat. de quo cutis sepe est fricāda. Que post psilotri ablutionem cū ordei farina vel fabarū vel molonum seminis est fricanda.

De his que penitus auferuut pilos. Cap. xiij.

Alx fortis fortis sumat: sup quā sextuplū aque fundat. z per tres dies sic dimissa colet. postea vo i hac eadē aq sexta ps calet ponat: z sic p tres regatur. His gestis sexta pars arsenici citrini triti in p̄dicta aqua mittatur: z tamdiu sub sole dimittat: donec penna immissa depiletur cum extrahitur. Postea aūt corpus ex lana in hoc medicamie intincta fricetur. Istud enīz cito abradit pilos. post hec vero oleo roseo locus inūgendus erit. De his autem que capillos hoc modo destruunt est vt euellant pili: z inungat locus psilio z aceto multis vicibus: atqz ex iusquiamo z opio z aceto. Aut locus depilatus sanguine ranarū que in aqua morant que non mouent: inungat vel sanguine testudinis: vel inungat locus depilatus oleo in quo stellio coctus fuit: vsqz ad omnimodā dissolutionē: aut oleo in quo eritius coctus fuit: aut inungatur ex castoreo z melle: multis vicibus pilis quaqz vice prius euulsis. De his aūt que pilos in femore z barba atqz ascellis nasci nō pmittūt nisi post longū tempus: est vt chimolee z ceruse sumant partes equales. aluminis vnius partis medietas: z misceant cū succo iusquiami viridis: vel cum aqua aceto mixta in qua iusquiami semen coctum fuit: z liniantur ex eis loca. Qd̄ multis fieri debet vicibus. Pilorum enim ortus: ex h̄ vehemēter tardat: ac fortasse eoz exitus oio phibet.

De illis que odorē psilotri reprimūt. Cap. xiiij.

Odcus cū folijs perfici z cū scrophis croci hortulani: z cū alchāna z rosis z xiperis: z cum hunc siue separatum siue composite fricari debet.

De his q phibent ne psilotrū adustionē neqz pustula in corpore faciat: z de curatiōe ei⁹ qd̄ adustū est. Cap. xv.

Psilotrū adustionē facere phibet: si nō multū cum eo fricet corpus z cito lauetur: z corpus anteqz ex eo liniat: oleo roseo fit inunctū. Qd̄ aūt ipm in corpe pustulas facere nō pmittit est vt cū aqua calida lauet vsqzquo remoueat: z postea in aq frigida diu moretur corpus: z aqua frigidissima sup ipm fundatur: z ppzie super loca in quibus pustule nasci solent: z adustio fieri. Si autem adustio fiat: lentes excoriticate z trite mixte cum aceto z aqua rosea: z locis adustis epithimate pāno desuppofito ligent. Sed si qñ ampulle

nascant ⁊ caro adurat: cū vnguēto de cerusa: ⁊ vunguentū qd̄ fit ex merdasengi ⁊ oleo roseo ⁊ albumine oui curetur. Hoc quoq; pustulas in corpe fieri ꝓhibet. s. vt post psilotri remotionē cū aceto ⁊ oleo roseo fortis fiat fricatio.

¶ De sahafa: ⁊ sunt vlcera crustas habētia: q̄ in capite nascunt vel facie q̄ multotiēs ficcissime existūt rugose ⁊ albe ⁊ q̄nq; humore abūdātes ⁊ virus ex se fūdūt. Cap. xvj.

h **Ecaūt** curant vētosis in nocra positis: ⁊ aptione alicuius venarū q̄ est in cute capitis vel post aures. Et que illarū maior fuerit aperatur. A rebus q̄q; acutis ⁊ salsis ac dulcibus abstineat. Et alatur cibis insipidis ⁊ bonis. ⁊ si patiens tolerare poterit venter cū apoçimate de mirabolanis ⁊ aloe ⁊ scamonea soluēdus erit. postea vo epithimatib⁹ epithimādus erit.

¶ Epithima ad sahafa cū recens est ⁊ in corpe fit infantis Uene de curcuma alchana aristologia merdasengi: cortices granatoꝝ sumant: ⁊ ex his oibus tritis ⁊ cū aceto ⁊ oleo roseo mixtis epithimet locus. ¶ Cū aūt sahafa vetusta fuerint: sumāt sal ⁊ calcātū adusta: sulphur ⁊ terra argenti viui: galle vene de cucurma merdasengi aristologia. omnia hec trita cum aceto ⁊ oleo roseo commisceantur ⁊ epithiment. Sed cum sahafa sicca fuerit ⁊ alba frequēter fricāda erit cū oleo ⁊ cera ⁊ adipe anatis: ac aqua calida lauāda ⁊ mucillaginib⁹. Patiēs vo cibis hūectatis semp alendus erit. ¶ Caput purgiū q̄z p nares inijci debet ex oleo de semine cucurbitaꝝ: vel ex oleo de amigdalis dulc. vel violato. ⁊ his similibus. Et si egritudo ad curandū grauis fuerit: locus scapellandus erit vt sanguis effluat: cui medicaminis acuti puluis supspargēdus erit: donec radicitus euellat. Postea vo cū vnguēto rubeo qd̄ cōficitur ex merdasengi ⁊ aceto ⁊ oleo: ⁊ venis de curcuma medicet. De his aūt q̄ sahafa mollē remouēt penit⁹ est fricatio cū aceto ⁊ sale ⁊ vsnē viridi multotiēs facta. Hec em̄ eā remouet ⁊ penitus destruit.

¶ De his que facie albificant ⁊ cutem subtiliant ⁊ faciem claram ac lucidam efficiunt. Capm xvij.

s **Umātur** farina ciceris ⁊ fabarū ⁊ ordei ⁊ amilū ⁊ dragagā. ⁊ semen rafani ⁊ cū lacte conspergātur ⁊ ex eis facies in nocte epithimetur: ⁊ aqua calida in qua viole ficce cocte fuerint ⁊ furfur in mane lauetur. Hoc decem noctibus fieri debet. ¶ Sumera alia conueniens ⁊ fortis. Sumantur amigdale excorticate ⁊ amilum ⁊ dragagan. ⁊ commisceantur oia cū aqua croci hortulani: ⁊ ex eis epithimet facies in nocte ⁊ lauet in die cū aqua in qua viole ficce ⁊ camomilla cocte fuerint. ¶ Aut sumant amilū ⁊ drag. ⁊ amigdale dulces excorticate: ⁊ cū lacte cōspergant ⁊ epithimetur ex eis facies: ⁊ cū cepit ficcari remouet epithima. Qd̄ postq̄z p hebdomadā vnā factū fuerit: aqua calida loc⁹ est abluēdus. ¶ De his q̄ colorē efficiūt rubeū. Cap: xviij.

s **Umera** q̄ colorē vehemētē rubeū facit. R. sinapi albi: arsenici rubei ptes equales. Hec trita cū lacte cōspergant: ⁊ ex eis p hebdomadā vnā facies epithimet: ⁊ sit epithima leue ⁊ subtile. ¶ Sumera alia. R. croci orientalis rubee cū q̄ tinctores ungūt: thuris myrrhe mastices ptes eq̄les: succi cepe que vocat bulbus tūs vt ex eo possint ꝓfici. Et ex hac ꝓfectiōe facies in nocte liniat ⁊ in die lauet. ¶ De his vo q̄ colorē faciei rubeū efficiūt est cicer: ⁊ ficus: ⁊ mala granata dulcia. ⁊ carnē comedere ⁊ vinū rubeū ⁊ grossum potare: ⁊ eis q̄ ex melle fiūt vti: ⁊ cū aqua calida dulci sepe lauari ⁊ ouoꝝ vitellos edere ⁊ assam. Est. n. in alitr colorē facienti rubeū ꝓprietas: qd̄ etiā in alijs inuenit sil'r. ¶ Medicamen colorē faciēs rubeū. R. ysopi ficce. ʒ. x. croci orientalis. ʒ. iij. çucchari. ʒ. xiij. ex his fiat puluis. de quo singulis diebus due sumantur. ʒ.

¶ De his que colorem citrinant. Calm xix.

e **Xhis** q̄ colorē efficiunt citrinum sunt in locis morari calidis: ⁊ aq̄s bibere q̄ nō mo-
nentur: ⁊ aceto in comestione frequēti vti: faciēq̄z cum cimino sinapismare. Alçardach quoq̄z facie reddit citrinā ⁊ comestio luti: ⁊ vigilie multe: ⁊ tristari. ⁊ cibo in quo de cimio multū sit admixtū vti: vt frequēter ipm adorare colorem efficiūt citrinū: ⁊ qui in domo in qua multū est ciminū iacet citrinitatē incurret faciei.

¶ De his que colorem denigrant. Cap xx.

o **Oponi** soli: ⁊ comedere ex cibis salsis: ⁊ dimittere balneationē. Et de his que superficiem nigredine afficiunt: est vt cuz psilotro ⁊ merdasengi epithimet. Fortiter em̄ eius denigrabitur color: qui remoueri nisi duriter nō poterit. Quē si remouere fuerit necesse: cū aceto in quo vsnem recens decoctū fuerit: locus lauetur atq̄z lacte acetoso: ⁊ cū citri acetositate: ⁊ farina ciceris ⁊ aceto multis fricetur vicibus. Sumere q̄q; multis diebus sunt faciende: donec ad suā reuertatur locus dispositionē. Eoꝝ preterea q̄ colorē denigrant: est origanū frequēter comedere: ⁊ mirabolānis vti ꝓditis.

¶ De illis que delent pannū. Capm xxj.

q **Uod pannū** remouet est faciē cū semine raffani epithimare: vel cū semine eruce: vel cū fece croci hortulani decocta: donec ingrosset: costo ⁊ cinamomo tritis: ⁊ ex ea cōspersis epithima faciendū: vel sinapi sumatur ⁊ cum ficubus teratur: ⁊ ex eis locus cum aqua calida infusus faciei supponatur donec rubescat: ⁊ medicamen ipsi adhibeatur. ¶ Et est obseruandū ne facies vulneret: sed cū dolore inceperit medicamen est auferendū: ⁊ locus quiescere permittēdus. ⁊ postea ad medicamē est redeundū. ¶ Medicamen qd̄ pannū remouet. Machael ⁊ amigdale ⁊ semina melonū sumant ⁊ excorticent oia: ⁊ terra argenti viui equali mensura: ⁊ ex eis fiat epithima: vel machael semina: ⁊ amigdale ⁊ bdellū molle terant cum aceto: ⁊ fiat ex eis epithima. ¶ Medicamē aliud remouēs pannū. R. lupinoꝝ. se. raffani. se. eruce. costi. amigdal'. amaraꝝ. baurach. piperis. ⁊ bdellij. equalia pondera. confice sic bdellium in aqua acerdech dissoluatur: ex quo alie medicie cōspergātur. ex q̄bus fiat epithima.

¶ De medicādis lentiginib⁹ nigris ⁊ puis. Cap. xxij.

e **Xeisque** lentigines auferūt siue sint parue siue magne cū sunt accētes: sunt flōmare: ⁊ colerā nigrā a corpore frequenter expellere: serūq̄z cū epithimo: ⁊ epithimi apoçima bibere Qd̄ similiter fieri cōuenit: cum pannus epithimatibus remoueri nō pōt: ⁊ postea ad epithima redeūdū. ¶ Epithima ad lentigines magnas ⁊ paruas: faria lupinoꝝ ⁊ amigdalis. amar'. excorticate ⁊ baurach ⁊ semen raffani sumātur. ⁊ ex eis cum mucillagine fenugre. ꝓfectis: facies finapismetur. q̄ tū prius cū pāno aqua calida infuso madefiat aut medicamine vti volens de balneo egrediat. ¶ Aliud epithima. farina lupinoꝝ ⁊ amidgl'. amare ⁊ semē caulis sumant ⁊ ex his oibus cū lacte ficulnee collectis epithima fiat. ¶ Aut fiat emplastrū ex sapone: ⁊ cū pungere ceperit lauet locus: ⁊ inūgatur ex oleo amigdalino: postea vo iterū vt prius sapo apponat: vel ex amoniaco dissoluto epithima fiat. aut mabdach: dissoluat cum mucill'. fenugre. ⁊ epithimet. Omne aūt epithia qd̄ ad neruos facit: ⁊ ad lētigenes magnas ⁊ puas ⁊ ad pānū postq̄z patiēs balneū exierit: aut locus cū pāno aqua calida infuso multotiens hūectat⁹ fuerit: donec rubeus fiat ⁊ subtilis faciēdū erit.

¶ De illis q̄ auferūt cicatrices vulneꝝ. Cap. xxiij.

v **Ulnerū** cicatrices ex merdasengi cuz oleo roseo albificato epithimande sunt atq̄z anatis adipe p epithimate i eis vtendū est. Super quas etiam emplastrum diaquilon: vel de fermento ponendum est. Eis quoq̄z emplastrum de pane similagines cum dactilis mixto factum: superponi debet.

¶ De illis que auferunt rubozem in facie existentem. Capitulum. xxiiij.

b **Hic** egritudini confert balneū sepe ingredi: ⁊ aquā calidā facie sua quotidie coopire: ⁊ infronte flebotomtā facere: sanguisugasq; locis supponere: ⁊ loca ꝓ̄ fortiter fricare cū panno donec sanguis ab eis fluat: postea cum sale ⁊ aceto: deinde cum unguento rubeo. qd̄ ī capl'o de sahapha noiauim⁹ inūgere. Huic quoq; egritudini ꝓfert si loca sapone epithimata sic dimittant. donec sapo suctionē faciat. ⁊ postea cū aqua calida lauent. Qd̄ multis vicibus fieri conueniens est.

¶ De illis q̄ auferūt viriditatē ex pcussione frctā qñ in loco neq; nocumentū remanet neq; calor neq; pus ⁊ est necesse vt viriditas illa resoluat. Capl'm. xxv.

c **Tamin** loco neq; vuln⁹ neq; calor vllo mō post pcussionē remāserint: ⁊ fuerit necessariū viriditatē ibi existentē remouere: loco folia caulis: vel rafani: vel mentastri viridis: supponant qd̄ duob⁹ alijs fortius existit. Emplastrū forte ad idē. Sumant arsenici citrini: lapidis lzullzul ana ꝓtes eq̄les thuris pars media: ex his oibus tritis fiat epithima multis vicibus. Et melius est vt cū succo coriandri epithimet. hoc em̄ est epithima vltimū. Aut fiat epithima ex solo arsenico citrino: vel cum amoniaco.

¶ De illis que auferunt alguasen. Capl'm. xxvj.

d **Ocus** cū melle anacardi epithimādus est donec ī loco fiat postula. Que postea curanda est: ¶ Aut fiat epithima ex unguēto corrosiuo: qd̄ in adurēdo calidi ferri vicem tenet ⁊ est scriptum in capl'o de medicis adurētibus. Post hec aūt locus cum nitro: ⁊ aqua calida lauādus est: ⁊ fricādus: deinde gummi de botim cū melle dissolutū loco supponat: qd̄ ꝑ tres sic manēs dies nō dissoluat: postea vero eo remoto locus sale optime fricet: ac deinde epithimet ex medicamīe qd̄ pcussionis signa ac casus delere diximus. De hoc aūt epithimate decies in die locus erit liniendus: ita tñ q̄ nihil de eo inde remoueat: sed vna eius pars alij supponatur. Qd̄ postq̄ ꝑ tres dies ꝓtinuos factū fuerit: locus cū nitro erit lauēdus. Rursus vo ad idem regimen redeundum erit. ¶ Hoc enim oino destruit.

¶ De illis q̄ delēt vestigia variolarū. Cap̄. xxvij.

f **Ex variolis** signa remanserint nigra ⁊ cū facies supficie fuerit eq̄lia: in eorū cura his erit vtēdū: quibus in cicatricū ex vulneribus curatiōe vsi fuimus cū sinapismatibus facīē albificātibus. ¶ Qui si loco ꝓcaua apparuerint: corpus impinguare: ac remouere necesse erit. Et si nigra fuerit ⁊ ꝓcaua vtraq; ꝑdicta necessaria erūt. De his preterea q̄ variolarū delēt signa: ē balneo ⁊ sinapismatib⁹ freqn ter vti. ¶ Epithia validū ad signa variolarū ⁊ pustularū delēda. Rl. merdasengi muraba: radices arundinū siccas farinā ciceris ossa vetusta farinā ricī: semina melonū excorticata: semina albē costū: hec oia cū mucillaginibus senugreci: ⁊ seminis lini. cōmisceantur: ⁊ ex eis facies sinapismetur.

¶ De pruritu ⁊ scabie ⁊ magnis pustulis. Cap̄. xxviij.

g **Labies** ⁊ pnstule his valde accidūt: q̄ cibaria sanguinē corrūpentia frequēter edunt sicut sunt salita: vel sulcita q̄ sale cōdiuntur: ⁊ taguebil calā: aut allia vel mel. siue vinū vetus purū bibūt eis q̄ accñt: q̄ sepe laborāt ⁊ vigilāt ⁊ balneo nō sepe vtunt. Quib⁹ ꝓfert prius vti flōmia: ⁊ post potiōe mirabolanorū citrinorū. ʒ. sumant. ℥. s. memirefin. ʒ. ij. epithimi sene semis fumiterre. aā. ʒ. s. seminis scariole: anthere polipodij absinthij. aā. ʒ. iij. oia ī trib⁹ libris aq̄ donec ad vnius libre duas redeant ꝓtes: coquātur excepto epithimo qd̄ in fine decoctiōis tm̄ admiscendum erit. Post hec oia manib⁹ fricata colent. In quorū colatura tereniabin ʒ. x. ponant. Si aūt tereniabin nō habeat ꝑ eo çucharus rosatū vetus ponat que multis bibat vicibus. ¶ Pillule ad pruritū valentes ⁊ scabiē. Rl. aloes mirabo. citrinorū aā. ʒ. i. scamonee rosarū rubearū. aā. ʒ. quartā partē. Fiāt ex eis pillule: quarū potio sit dosis vna. Que multis sumende sunt vicibus. ¶ Postq̄ aūt corpus flōmia ac ventris solutione euacuatū fuerit: potio ista quotidie erit dāda. Rl. pruna damascena. xv. tamarindorū a seminib⁹ mūdatorū çucharī al. aā. ʒ. x. Super ista due ꝓtes libre aq̄ bulliētis fundant ⁊ ꝑ noctē vnā dimissa fricent: ⁊ colent: ⁊ ī potu sumant. Si aūt coquātur fortius opabunt. Istis quoq; qñq; addunt sene: ⁊ fumus terre: ex q̄bus quotidie. ℥. iiij sunt bibēde. ¶ Electuariū ad scabiē ⁊ pruritū valēs. Re. mirab. citrinorū partē vnā: sene fumi terre. aā. partē medtā: succi absinthij q̄stū ad eorū sufficit conspersionē. Aliquotiēs aūt addit huic medicine: absinthij: q̄stū q̄rta pe mirabolanorū ⁊ ꝓficiūtur oia cū melle: ⁊ sumat ex ea quotidie: q̄stū est auellane magnitudo. ¶ Confert ꝑterea pruritui sicco in aqua cala balnearī: ⁊ corp⁹ in balneo ex aceto: ⁊ oleo roseo: ⁊ succo apij ꝓfricare. Serū q̄ʒ cū mirabolanis ⁊ çucharo in potu sumere auxiliat. Si aūt ex frequēti corpis euacuatiōe remediū nō subsequat egroto quotidie in mane ⁊ in sero post solis occasum: triticū fractū coctū cū multa aqua ⁊ çucharo albo in potu est tribuendū. Lac quoq; vaccinum acetosum potare debet. ¶ Qui aūt scabiē patit ⁊ pruritū: ab omni re salsa: ac dulci: ⁊ acuta abstinere debet. Holera aūt frida ⁊ res acetosas: ⁊ leues carnes edere debet: vinū q̄ʒ si bibat: multū sit mixtum aqua.

¶ Epithima scabie sicce conferēs. Rl. baurach costi. salis condisi. aā. ʒ. i. figie. ʒ. vij. aceti ⁊ oleo rosei qd̄ sufficit ad hoc vt corpus ex eo in balneo epithimari possit. Qd̄ postq̄ limitū fuerit maneat sic: ⁊ postea lauet. ¶ Epithima ad scabiē humidā: Rl. argentū viuū extinctū: cathimiā argenti oleādrū ꝓdisi alchali merdasengi. Ex his cū aceto ⁊ oleo roseo mixtis: fiat epithima: ⁊ ꝑ totā noctē sic maneant. In mane vo balneū ingrediat patiēs: ⁊ cū aceto ⁊ vsnē viridi fricet: postea aūt cū aqua lauet cala. Et his gestis aqua frida sup ipm fundat: ⁊ oleo iunctus roseo egrediat. ¶ Scabiei q̄ʒ vetuste multū auxiliat ꝑ vnā quāq; trium dierū sumere aloes pōdus vni⁹ aurei. Qd̄ iterū trib⁹ intermissis dieb⁹ est faciēdū. Q; si ex h̄ excoriatio euenerit: curāda erit: h̄. n. scabiē destruit ⁊ pruritū. ¶ Epithima ad scabiē: qd̄ bonū exñs ⁊ validū: neq; ampullas facit: neq; adustionē. Rl. merdasengi attramēti citrini: pōdera eq̄lia hec ꝑ hebdomadā vnā ad solē frequēter cū aceto terātur: ⁊ postea reponant ex q̄bus cū necesse fuerit fiat epithima. ¶ De sare vel safre. Capl'm xxix.

q **Vando** hec accidit passio sanguinē minue. Et si vēter mollis fuerit da succum ḡnatorū muçorū. Si aūt sicc⁹ fuerit vēter: da potiōes que ꝑdicte sunt: ⁊ mitte patientē q̄tidie in aquā calidā ter ⁊ da ei cibaria q̄ recipiūt acetū ⁊ oleū ⁊ amigdalinū oleū: tafeā q̄ʒ cū oleo amigdalio: atq; chart: ⁊ musos ei dabis ⁊ his filia: huic ꝑterea egritudini ꝓfert lac acetosum: ⁊ auxiliat trocisc⁹ de spodio vl' trocisc⁹ de cāfora cū succo ḡnatorū. Q; si hec passio pmaxia fuerit solue vētrē ex apoçimate mirab. citri. ⁊ si cū hoc fortē patiat adustionē: terat ḡnatū cū cortice suo: ⁊ exꝑmēdo extrahat succ⁹ ī q̄ çucharū al. ponat ⁊ ad bibēdū tribuat. Huic ꝑterea egritudini ꝓ⁹ert sumē serū: ⁊ potare cū iulep: se. portulace atq; psilij aā. ʒ. iij. ⁊ cibarijs vti q̄ cum aceto ⁊ sumach fiunt: ⁊ sumere ptisanā: ⁊ lac acetosum.

¶ De albasab. Capl'm xxx.

h **Esudatio** nō egredit: nisi ex sudoris multitudie. cui in fridis morari domibus: ⁊ aq̄ frida ⁊ dulci lauari: focaq; in q̄b⁹ desudatio oriri solet: ex aqua frida: ⁊ rosea: ⁊ oleo inūgi remediū afferūt. Huic ꝑterea egritudini confert: postq̄ exorta fuerit: cū croco hortulāo: ⁊ venis celidonie ⁊ aceto ⁊ oleo ros. epithimari. ¶ Alchāna q̄ʒ ⁊ sal sumant ⁊ cū aceto misceant. ex q̄bus loca in balneo epithimet: qd̄ donec vna ꝑtranseat hora sic dimittat. postea vo lauet. ⁊ sic cuʒ

furfure fricetur. ¶De impetigine. Cap. xxxj.

Impetigo quasi incipiens fuerit: neq; in carnis pfundo fuerit fixa: sanari poterit si cum adipe galline: vel anatis: vel cū cera: ⁊ oleo aut dragag. vel pruno⁊ gūmi aut oleo de frumento: vel cū butiro cocto vel crudo fricef. ⁊ cum hoc etiā dulcis aqua tepida sup eā fundaf: atq; a cibis qui colerā generāt nigrā abstineat qui patif. ¶Qt si iam carnis pfunditatē occupauit: ⁊ in ea asperitas ⁊ cortex apparent. Corpus cū flebotomia ⁊ apoçimate de epithimo: ac sero cum epithimo: necnō ex his oibus que iā i scabiei capitulo diximus: ⁊ in melācolie capīo dicturi sumus: euacuari ꝓuenit. ¶Sanguisuge pterea loco sunt supponende. Qui post ipa⁊ suctionē aqua calida lauandus est ⁊ pmēdus. Saguisuge aūt multis vicibus pdicto modo sūt adhibende: qd eovsq; fiat: donec qcquid ibi est superfluitatis: fugēdo penitus remoueat. Et post hec epithima de sahapha locis imponanf. Que si non suffecerint: locus tamdiu fortiter fricetur: donec sanguis ab eo fluat. Et deinde acuti medicaminis puluis desup spargatur. Quod eovsq; fiat: donec caro sana ⁊ rubea appereat. Postea vero curetur cū vnguēto donec sanef. ¶De his aūt que impetiginem auferūt: est fricatio que fit cum citri acetositate: ⁊ amoniaco ⁊ aceto: vel cū maſhacumina mixta cū aceto: ⁊ epithimata: aut cū mugad ⁊ aceto. ¶Oleum aūt de tritico incipienti valet impetigini. Qd hoc modo fit: triticū mundū sumaf. ⁊ in pixide vitrea vndiq; ex argilla inuoluta ponaf. Cuius os cum pila ex filis eris facta opilef que in pdicto pixidis collo ꝓstringaf: ne frumentū ex pixide exire pmittat cuj eius caput inferius versum fuerit. Postea sumatur testa in qua ignē homines tenere cōsueuerunt: in cuius medio fit foramen per qd pixidis pdicte caput inferius versum transducaf. Et postea circa ipsum acsup stercus vaccinuj siccum ponatur: in quo ignis paulatim accendaf. Sub foramine vero qd est in testa. aliqd vas mittaf in quo qd ex tritico fluit: recipiaf. Ex quo impetigo epithimari conuenit. Est enij hoc mirabile in ipsius curatione.

¶De morphea alba. Capīm. xxxij.

Morphee albe ꝓfert ex sentaragi ide ⁊ semie raffani: ⁊ rubea ac condisi: ⁊ sinapi tritis: ⁊ cum sorti aceto mixtis ad solem fricari. ¶Aut cepa que vocatur bulbus sumatur ⁊ ad solej multotiens quotidie ex ea fricef. Que si nō suffecerint trifere minoris due sumāf. ʒ. atq; turbit puluerī pigre. aā. ʒ. j. col loquinde pars quarta. ʒ. j. hoc singulis mensibus: ter vel quater in potu est sumendū. Alijs aūt diebus qbus nō vtetur hoc medicamine: pondus triū. ʒ. trifere solius continue sumat. Et eo vtatur regimine qd in capīo eorum que canitiem tardant nominauimus.

¶De morphea nigra. Capīm. xxxiij.

Si morphea patif nigram: flebotomādus est: eiusq; venter cuj epithimo multotiens soluendus. Post hec aūt ex semine raffani: ⁊ condisi: ⁊ semie eruce: ⁊ aceto locus epithimetur. Ipsi vero qui patif: balneū ingrediatur frequēter: ⁊ cibis humectatiuis: vtaf ⁊ custodiaf cū regimine melancoliam patientium.

¶De albaras. Capīm. xxxiiij.

Ad albaras curatione eodem vtendū regimine: quo ⁊ in morphee albe cura vtitur quis. Vomitus preterea frequenter dandus est: atq; cibaria deficcantia tribuēda: ⁊ eo est vtēdum regimine qd canitiem tardat. ¶Et ordinatim ppa retur ad electuarium de anacardis sumendum: ⁊ isto vtatur epithimate. Re. sentaragi indi: hebilegi stafisagrie: ventrium cantaridarū. aā. partes equales. Omnia hec cum aqua in aqua rubea sit cocta misceaf: ⁊ ex his postq; locus cuj bulbo fortiter fricatus fuerit: fiat super eū epithima. ¶Huic pterea egritudini: ꝓfert epithimari ex migri serpētis sanguie. Est.n. migri serpētis proprietas hoc operari. ¶Q; si locus in q hec apparet egritudo paruus fuerit: igne erit comburendus. Postea tam diu medicādus: donec adustio temoueatur. ¶Aut cum succa anacardi. eovsq; fricandus: quod ibi vesica fiat: ⁊ caro vbi est albaras corrodatur: deinde vero curandus erit locus: donec sanetur. Vel tingendus erit locus cum his que rubeum efficiunt colorem aut nigrum. ¶Tinctura que locuj albaras ad corporis reducit colorem. Aloxanthus: mirrha: fex vini: macra rubea. alumen sumantur: ⁊ ex istis tādiu multis fricetur vicibus: donec patiens angustietur. Hoc enij locū tingit: ⁊ eiꝰ tinctura viginti permanet diebus. ¶Q; si hec egritudo loca in quibus ventose solent mitti inuaserit: sanguis prius ex eis cum ventosis erit extrahendus: ⁊ post ipsarum remotionem locus ex merda sengi albificato epithimandus: Aut ex rubea ⁊ aceto epithimetur. Aut post sanguinis extractionem ventosa amarici habens succum apponatur loco ⁊ diu ibi stare pmittatur: vel loco post ventosarum ablationej: epithima ex rubea: ⁊ sentaragi indi mixtis cum aqua in qua braçil fuerit coctum apponatur. Si autem huius egritudinis maxima quantitas locum occupauerit ventosarum ventosis postpositis frequens facienda est flebotomia.

¶De lepra. Capīm. xxxv.

Huic egritudini statim subueniatur ex quo incipit: vt sanetur vel reprimatur possibile est. Sed postq; membra vulnerauerit: ac eorum corrumpit figuras: fortasse non sanabitur. Cum igit oculorum albedo obfuscari visa fuerit: vox q; rauescere inceperit: sudor quoq; fuerit fetidissimus ⁊ facies vt vter inflata apparuerit cum forti rubedine: ⁊ nodi quidam in ea fieri ceperint pili quoq; superciliorꝝ subtiliantur succurrendum ei erit. ¶Erit igitur egro in principio subueniendum cum sanguinis extractione ex vna purpurea dextri brachij postea per aliquot dies quiescere permittatur: atq; in his quibꝰ gescit diebus cū carne arietina vel edina nutriatur. Vinum quoq; clarum ⁊ bene redolens ac multum temperatum bibat. ⁊ in balneo quotidie ponatur. ¶Post hec autem de brachio sinistro flebotometur: ⁊ per aliquot dies quiescere dimittatur: ⁊ vt diximus nutratur. Deinceps vero apoçima de epithimo multotiens ei tribuatur. Inter quas licet vna aliā sequatur: quiescendum tamen est. ¶Patiēs preterea cibis alatur humectatiuis: atq; in balneo quotidie ponatur. Et a laboze ⁊ vigilijs necnō ab omnibus cibis a quibus melancoliā patiētes abstinere precipimus custodiatur. ¶Serum q; cum çucharo: frequenter est dandum. Ipse etiam taliter est regendus: vt ille qui sui corporis humectationem adipisci desiderat. ¶Est etiam in balneo cum farina ciceris ⁊ fabarum: atq; cum baurach ⁊ vsnen fricandus: ⁊ aqua tepida frequenter infundendus. ¶Post hec autē ex oleo de semine cucurbitarū: ⁊ violato inungendus: ⁊ sic egrediatur balneum. Cum aūt hec egritudo alicui fortiter adheserit: ⁊ in eo quasi fixa manserit cum viperarum carne medicandus erit. Eius vero corpus qui hac vtitur medicina inflatur: atq; per aliquot dies absq; sensu manet. Sj eiꝰ postea excoriaf corpꝰ ⁊ egredif de sub loco excoriato caro tenera: ⁊ sic ab ifirmitate patiēs curaf: sicut ex antiquoꝝ nouimꝰ recitatiōe: quā verā esse credimus: ac sicut etiā in ꝶ nro tpe nō pcul cōtingit. Retulit.n. mihi qdā se quādā curasse mulierē cū istis medicis: quā lepra tā vehemēter inuaserat: ⁊ sanata est. ¶Curatio lepre cū vipis. Vipere sumanf mōtane de locis in qbus neq; palus ē: neq; lutū: ⁊ eaꝝ capita atq; caude abscindanf: ⁊ quicqd in ventribus est eijciaf: ⁊ lauenf: deinde in olla noua ponanf in qua sal ⁊ anetū ⁊ galāga ⁊ pip ⁊ aq: ⁊ parū olei mittenda sunt. Que tādiu fuut coquēde. donec tota caro dissoluaf. His aūt gestis patiēs ius illud bibat: ⁊ carnem comedat

Et si scotomiam passus fuerit: ⁊ ceciderit: tam sufficit ei. Qd̄ si non acciderit: idem iterū ei dandū erit qd̄ tam diu faciendū est: donec infletur. Cū.n. inflari cepit ac scotomiam pati: iam tunc sufficit ei. ¶ Ego q̄z adolescēti medicatus fui: in cuius facie nodi iam fieri incipiebāt. Cui succurrere incepi cū flōmia: ⁊ vēris solutiōe ex apoçimate epithimi: ⁊ ex pullulis q̄ colerā expellūt nigram: eumq̄z balneū atq̄z tinā frequēter ingredi feci: ⁊ cibaria humectationē facientia dedi. Postea vo getem p aliquot dies ei adhibui nutriēdo eū cibis bonū prestātibus nutrimentum Post quietē vo ad ventrē soluendū redij. Qd̄ totiēs feci: donec plusq̄z quadragesies in qnq̄z mensium: ⁊ paucorū dierū spacio ventrē solui. Quibus pactis pili q ceciderant renasci ceperūt: facies ⁊ color meliorari: oculiq̄z clarescere: ⁊ fuit itegre sanitati ꝓpinquus. Ex hinc aūt qr a nobis recessit regimē quo eum cōseruabamus: ꝑtermissum fuit Post sex vo menses: inueni eum iam penitus sanū. Qui mihi retulit se eo vsum fuisse regimine dum foras erat q̄ a me regi ꝓsueuerat: hoc excepto qd̄ medicinā vētris solutiuam preter serum non sumpsit.

¶ De ficubus. Capl'm. xxxvj.

v **Eruce** remouent si ex foliis mirti multotiēs fortiter fricent. ¶ Aut si cū foliis capparis viridib⁹ vel aceto fricate fuerint. ¶ Vel si ex emplastro qd̄ exituras aperit: vt in suo dicemus capitulo epithiment: aut scarificent ⁊ cū desfregil calidi ꝓfricētur que quidē sunt medicamia acuta: fricatio q̄z ex sale ꝓ aceto in die multotiēs facta ꝓfert. ¶ Aut fiat epithima cū carnefich ⁊ aceto: aut fricent multotiēs cum aceto. Ipm eni eas radicitus euellit.

¶ Vel fricentur ex xilocaractis recentibus de romania.

¶ Verruce aūt multas habētes radices: scarificari ꝓuenit totas radices: ⁊ ea q̄ circa ipas sunt loca: ⁊ sup scarificationis loca pulueré acuti medicaminis spargere: qd̄ tam diu faciendū est: donec tota corrodat ⁊ denigretur. Post hec aūt butirū desup ponatur: donec qd̄ denigratū est auferatur. Quib⁹ ita pactis: ad idē multotiēs est reuertendum: vna vice ponēdo butirū: ⁊ aliō medicamē acutū. Postq̄z aūt penitus corrosa fuerint: locus cū his que carnē creat erit medicādus. Si aūt verrucaꝝ multitudo in corpore exorta fuerit: patientē frequēter flōmia: ⁊ eius: ventrē cuz his que in capitulo de melācolia notabimus: solue. Ipm q̄z cū cibis ⁊ balneo interim duz ista agis: humecta. Et in eius curatiōe vtere eis gb⁹ in lepre sanatiōe vti ꝓsueuisti

¶ De his q̄ palpebraꝝ gñant pilos. Cap. xxxvij.

c **Ollirium** qd̄ palpebraꝝ generat pilos ⁊ spissos facit. Rl. ossiū mirobalanoꝝ combustoꝝ. ʒ.ʒ. fumi thuris. ʒ.iij. spice inde carpobalsami. añ. ʒ.iij. lapidis açuli. ʒ.x. Ex his oibus fac colliriū in quo radius imissus: quotidie inter palpebras trahatur. ¶ Palpebris ꝑterea q̄ñq̄z accidit alopitia: que hoc modo est curanda: radius multotiēs in die i succo cepe intinctus p palpebras trahatur: ⁊ subsequēter colliriū immittat: ⁊ ex aliquo epuhimatū: que nominauimus ibi epithima fiat.

¶ De pediculis in palpebris exñtib⁹. Cap. xxxviij.

p **Alpebre** in primis ab eis mundificētur: deinde cuz aqua ⁊ sale lauent. Postea vo alumen tamen teratur: ex quo cum radio palpebris immittantur. Qt si in palpebris pediculorum fuerit multitudo. facies super aquam calidam sepe ponatur: ⁊ palpebre a pediculis mundificentur: atq̄z ipsis fisef immittatur. Rl. terre argenti viui: arsenici rubei: stafisagrie. añ. partes eq̄les: gumi quartā vnius partis: fiāt ex eis fief. Ex qb⁹ cū necesse fuerit in aq̄ aliqd resoluat i q̄ radius madefactus per extremitatē palpebrarū: ⁊ pilorum radices trahatur: cum subtilitate ⁊ cautela maxima. Quo facto palpebre diu sunt tenende. ne oculum tangant.

¶ De ordeolo. Capitulum. xxxix.

q **Vando** in oculo fuerit ordeolum. i. apostema longum ordeo simile: vel panico: precipe patienti vt in mane frequēter balneetur: ⁊ vt abstineat a cena: ⁊ ne dormiat vētre repleto. Que si non suffecerint: superpone ei parum de vnguēto qd̄ vocatur diaquilon: qd̄ in capitulo de scrofulis notabimus. Aut ceram solue: ⁊ radium in ipsa calida intinctuz: super ipm trahe: vel micas panis cū aqua misce donec fiat massa: ⁊ desuper pone: vel cum figia iunge. Patiēs quoq̄z vt predictū est: balneū frequēter ingrediatur: ⁊ super aquaz calidam faciem teneat.

¶ De Gesse existente in oculo. Capl'm xl.

o **Portet** aliquē post dormitionē oculos aperire nō valentē: frequēter balneum ingredi: ⁊ aquā calidam cum oleo super caput fundere: faciēq̄z vapori aq̄ calide supponē atq̄z oculos cū pāno aqua calida infuso embrocare. Quā preterea ac oleū roseum mixta cum adipe galine resoluta: ⁊ colata simul cōquassent: ⁊ palpebris in hora dormiēdi supponant: aut scariola contusa cum oleo violato desuper mittatur.

¶ De oculis foras preminētibus. Cap. xlj.

f **Jex** vomitu pcedenti aut ex multo conamine: aut ex clamore: vel ex pcussione: vel ex his similibus oculi foras pminuerūt: statim in eadem hora fiat flōmia: ⁊ venter fortiter soluat: atq̄z oculi ex aloe ⁊ litio: ⁊ acatia: ⁊ succo tarataith epithimēt ac reprimant ⁊ in loco repssionis rotula parua de colla ponat: ⁊ stringatur desup: ⁊ patiēs supinus iaceat: ⁊ a strenuitatiōe ⁊ a vomitu sibi caueat. In ore quoq̄z teneat aliqd qd̄ flegma eijciat: ⁊ gargarismū faciat: ac cibaria minuat ⁊ vinū nullo modo bibat.

De fetore narium. Capl'm. xlij.

f **In** naribus malus fuerit odor aluminis mirre: calchanti: gallie partes sumant equales. Hec oia terantur: quibus ita pactis patiens vinū p nares sugat multis vicibus odoriferū: ac deinde de pdicto medicamine in nares insufflentur: vel licinū in eo intinctum ponatur in nares.

¶ Aliud medicamen. Re. calami aromatici: seminū vesrin: seminis rose. gariofil. añ. ʒ.j. galarū mirre. añ. ʒ.ʒ. musci quātum pōderat vnū granū ordei: terant omnia ⁊ medicentur cum eis nares.

¶ Medicamen aliud. Spice inde: gallie: gariofil. añ. ℥.j. coquātur oia in tribus libris vini bene olentis. Qd̄ pnares sugat: ⁊ ex eo gargarismus fiat: licinūq̄z in eo positū naribus immittatur.

¶ De fetore oris. Capl'm xliij.

d **Ens si** in ore corruptus fuerit: aut i gingiuis putrefactio a qbus malus estimatur odore pcedere extrahe dentem. Gingiuas aūt corruptas cura cū calidicō. i. trociscō de arsenico facto ad cōcautatē ⁊ nos iam notabimus. Qt si a palato in os hūor malū habēs saporē descēderit ipmq̄z eger sensu pceperit egrū quotidie gargarizare facias sirupū acetosum cum sinapi. ¶ Postea vo in eadem die fac gargarismū ex vino in quo gariofili ⁊ gallia: ⁊ spica inda ⁊ cipi cocti fuerit ¶ Si aūt cū fetore oris nullū fuerit pdtectoꝝ que notauimus: fac patientē vomere: postq̄z res salsas: ⁊ sinapim: et ficlas comederit: ⁊ bibere idromel. Et da ei de pigra dosses multas: frequētes: ⁊ custodi eū a cibis vnctuosis ⁊ crossis: ⁊ nō comedat nisi frixa: ⁊ ea que in patella coquūtur Panem quoq̄z in almuri de romania intinctuz edat: ⁊ ex eo ieiunus bibat. Ante etiam q̄z comedat: ex rebute ⁊ senethu aliquantulū comedat. Vinū etiā quo vtit ciperum et spicaz: ac gariofil. parūp habeat admixtos. Atq̄z de pillulis istis sumat: quarum descriptio. Rl. gallie: gariofil. cinami: nucis muscate: cipi: spice: corticū citri. xiloaloes. añ partes equales: musci. vicesima vnius partis. Et ex his oibus cū vino bene redolēte mixtis fiāt pillule ad ciceris

magnitudinem:

magnitudinē: ex qb⁹ q̄tidie in mane: tres sumant.z.quas eger parūp masticet ac traijciat succū. ¶ Medicamē pro batū ad malū oris odorē valde ꝓferēs: qd̄ ēt oib⁹ alijs melio⁹ existit: ē apiuz freq̄nter comedere Est.n.medicamē h̄: ad h̄ fortissimuz. ¶ Aliud viridis mirti sūmitas accipiat z fil cū passulis eiusdē quāttatt cui⁹ ipa ē a qb⁹ semia sint eiecta terat ex qb⁹ i nucis silitudinē magdaleōes formē tur: quoꝝ vn⁹ in mane: z ali⁹ in hora dormiendi sumatur.

¶ Dentifricū qd̄ os bñ redolere facit. ℞. spice ciperi: rose: folij gallie: corticū citri: gariofil: amomi: corticū xiloaloes: masticis salis cōbusti: mellis. ana partes eq̄les misceantur z ex eis dentes fricentur.

¶ De his q̄ occultāt odorē vini ac reprimut. Ca.xliij.

f **Iciperi** post vinum masticētur: eius reprimunt odorem. Et si cubebe cū eis fuerint ām ixte: fortius operabuntur: ¶ Aliud medicamen: ciperi: cubebe: zedoaria: masticent: z cum eis dentes fricentur. De his quoqz que vini reprimunt odorem est post eius haustum edere: z proprie res acetosas: vt sunt sinapi: z cepe aceto conditi: z acetum bibere: z masticare coriandrum.

¶ De his qui occultant fetorem alliorum: et ceparum: et porrorum. Capitulum.xlv.

c **Aseus** in parua frusta incisus in oleo frigat onsacino: qui gariofili pulueré hñs aspersuz post supradictoꝝ esum comedat. Aut coriandrū siue recens sit: siue siccū: post ipm fortiter masticetur: ac de ei⁹ succo parū traijciat. Aut fabe vl' lētes assate comedātur. ¶ Aut masticet ruta: z ex ea paꝝ edat. Est .n. eius ꝓprietas hmōi odorez fortiter remouere. ¶ Aut zedoaria masticet: z ex ea parū traijciatur. ¶ Aut summitas alaulaich masticet. Post cui⁹ masticationem parum vini odoriferi in potu sumatur. ¶ Aut menta masticetur siue mentastrum: z post ipa parum aceti sumatur.

¶ De illis que prohibent fluxum saliue currentem ab ore apud somnum. Capitulum.xlvj.

q **Vihoc** infestatur: scariolam recentem cum sale ieiunus multis comedat diebus azuech quoqz ac gargarismum frequenter faciat. Et triferam minorem quotidie bibat: frequentiqzvtatur vomitu. Hic.n.eo penitus remouetur. ¶ Huic preterea egritudini: aquam calaz in mane bibere: z almuri de romania: z vinum coctū in potu sumere: z triticum fractum z assatum sine liquore aliquo comedere cōfert: circa noctem quoqz edere tortellas cum almuri nabati confert.

¶ De his que abstergunt dentes et destruunt alhafa: vel concauitates. Capitulu.xlvij.

d **Entifricium** quod dentes abstergit: et concauitatem remouet. Sal gemma: z spuma maris terantur: z ex eis dentes fricentur. Congruunt.n. ¶ Aliud ciperi: allzali: salis gemme: spume marine: partes sumantur equales: et ex eis tritis dentes fricentur.

¶ Aliud testarum viceorum viridium: vitri de siria allzali: partes accepte equales: optime terātur z ex eis soli fricentur dentes. sed gingiuaruz caro ab eis bene custodiatur. Dentes quoqz cōcauari prohibentur: si singulis diebus cum oleo inungantur.

¶ De his q̄ phibent corrosionez dentiū fieri. Cap.xlviij.

l **Oca** dentium corrosa: mastice repleātur z alumine: vl' dentes qui iam corrodi icepunt eodem muniātur medicamine atqz cum pipere et ciperis tritis fricent: vel galle cipressi: z teste: z fruct⁹ tamarisci sumantur et terantur: et fiat ex eis dentifricium. Q. si corrosio magna fuerit: multosqz inuaserit dentes: venter a colera rubea multotiens est purgandus: z ciba ria q̄ humectāt tribuenda: atqz ab acrimonijs z salsis abstinendum: ac eo est vtendum regimine: quo qui corpis vult adipisci crossitiem: vti consueuit.

¶ De illis q̄ phibēt dentes cōmotos cadere. Ca.xlix.

b **Alaustie** alumen: gallia: acathia: ypoquistidos terantur: z ex eis dentium motorum radices fricentur. ¶ Mirobalanorum quoqz citrinorum: gallarum: emblicorum: aluminis partes sumātur equales z trite cum aceto misceantur: z fiāt ex eis trociści: et cum necesse fuerit: motorum dentium radices ex eis fricentur. Q. si fortiter moueātur: moti cū fanis aurea catenula ligentur.

¶ De superfluitate aurium purganda. Cap.l.

c **Umhora** affluerit dormiendi: oleum tepidum auri infundat: z in mane qui patitur: balneū ingrediat z super lat⁹ in quo ē auris mundanda iaceat: z aurē solio balnei ꝓpi nquā faciat: eāqz ibi teneat: donec ab ea egrediat quicquid exire poterit: z postea qd̄ remansit cū radio cotū iuolutū h̄ite expellat. ¶ Aliud acetum z baurach auri injciant ibiqz postq̄z paꝝ remāserit: expellat. Q. postea in balneo multotiens fieri ꝓuenit: atqz auris in aliq̄ hora sup aq̄ cale vaporez est tenēda. Post h̄ auris cū radio inuoluto ex coto iterius est abstergenda. ¶ Est etiā obseruādū vt balneū sepe ingrediatur: z prohibeatur ne istud multum fiat.

¶ De illis q̄ auferunt fetorē ascelarum. Cap.lj.

l **Ithargirū** albificatū sumatur z cū aqua ro. in qua sit cāphora ꝓspgat. ex quib⁹ trociści facti supi⁹ z iferi⁹ rosis tegant: z sic maneant donec deficcent postea reponant: z ex eis cū necesse fuerit medicamē fiat. ¶ Aut tuthia cū aqua z sale lauata: cū aqua ro. z cāphora ꝓficiat: z vtat ea cum necesse fuerit. ¶ Aut rosaꝝ rub. libra.j. gallie: spice: ciperi: mirre aluminis ana. ℥.j. sumant z ex eis cū aqua ro. trociści iformentur: ex quib⁹ cū necesse fuerit: epithimia fiat.

¶ De illis que prohibent sudorem pedum. Cap.lij.

f **Ipedes cum** alumine in aqua resoluto fricentur: aut cum foliys cipressi: vel cum foliys tamari: aut cū aqua mirti: expresse remouebitur sudor.

¶ De illis que sudorem totius corporis bene redolere faciunt. Capitulum.liij.

c **Ardorum** capita comedant z iuniperi semē quotidie in potu sumat: aut cassia lignea. Corpus q̄z cum trociscis de rosis quos in capitulo de ascellarum fetore nominauim⁹ atqz cū bunch fricetur. Vinum etiā bibat aquatum. ipm.n. bonum facit odorem. Et de apio comedat.

¶ De diminutione fetoris vrine z egestionis. Cap.liiij.

v **Inum** bene redolens est bibendum: z iuniperi semen in horis frigidis comedēdum ac cassia lignea edēda. Cibus quoqz quo vtitur cinamomi: ac galāge multum in se habeat. Fenugre cum vero vel asam siue amudem: z oua atqz erucam: nec nō allia: z cepas: z porros: z sinapi: ac istirgar: nullo modo comedat: z caueat sibi a fastidio.

¶ De custodia corpis mortui ne foteat z ne cito putrefiat.

e **X** collogntida z baurach rubeo fiat sup positoriū: z i ipsi⁹ano pōat capite iferi⁹ exñte z fortiť moueat. postea ipz statuāt rectū eiusqz vētrē pmāt: dōec suppositoriū egrediat. postea de eodez aliud ite ꝓ suppositoriū fiat. qd̄ tādiu faciēdū ē: donec totū stercus qd̄ ē in ventre egrediat. ¶ Et his gestis: aloes: z mirra: achatia: z ramich: z cāphora sumant. z ex his oib⁹ in aq̄ ro. resolutis suppositoriū factū p anū imittat: deinde an⁹ coto in hac iuoluto medicina opilet: z postq̄z i aceto z aq̄ ro. fuerit resoluta oēs ei⁹ iūcture inūgant: postq̄z parū salis eis fuerit ām ixtū. ¶ Marib⁹ q̄z ei⁹ argētū viuum puꝝ injciat. Et deiceps oia ei⁹ foramina: cū h̄ qd̄ dixim⁹ ꝓstrigāt. z ꝓdiat ipm cū aloe: mirra: z gallia: z alumine: z sali equali mensura susceptis. ¶ Omnis preterea mortuus qui super suam iacet faciem ventrem non habebit

inflatum. Et cum in eiꝰ naribus argẽtum ponetur viuũ cerebrum ipsius nõ defluet. ¶De his q̃z que cadauer putrefieri nõ pmittunt: est vt cũ allzutrã liniatur.

¶De illis que prohibent ne pueroꝝ testiculis ⁊ puellarũ mamillis properet magnitudo. Cap.lvj.

c Iminũ teratur: ⁊ ex eo aq̃ ꝓspso emplm fiat qd̃ desup cum pãno lineo in aceto ⁊ aq̃ infuso stringat: neq̃z vsq̃z ad dies tres dissoluat: Quibus trãsactis cepe albissimi terant ⁊ ex eis cũ aceto ⁊ aqua mixtis: fiat emplz desup: ⁊ liget: ⁊ per tres sic manens dies nõ dissoluat: qd̃ aliqbꝰ vicibꝰ in mẽse fieri cõuenit. ¶Duos ꝑterea lapides demesen isimlꝫ cũ aq̃ ⁊ aceto fricari ꝓuenit: ⁊ ex eo qd̃ ab eis resoluit: testicli ac mamille epitiment: hoc nãq̃z eos ꝓseruat. ¶Aut alumẽ cũ oleo roseo terat: ⁊ mamille ex eo q̃tidie inunganꝫ: durabit.n. eaꝝ puitas diu pp hoc medicamẽ. ¶Aut sumãt boli: galla viridiũ tritaꝝ: ana.ꝑtes equales ex qbꝰ cũ melle conspersis epithima fiat. qd̃ postq̃z p diẽvnũ sic mãserit: cuꝫ aqua lauet frigida. Et istud in mẽse plurib⁹ fiat vicibus: puitas.n. lõgo pdurabit tpe. ¶De his ẽt q̃ testicl'os ꝓseruant: neq̃z crescere pmittunt: est vt sumantur chimolee ⁊ ceruse ꝑtes equales: ex qbꝰ cuꝫ succo iusqami ⁊ oleo mirtino ꝓspsis: epithima fiat. Hoc.n. neq̃z testiculos crescere nec pilos in femore nasci permittit.

¶De illis que accidũt in vnguibꝰ de feditate. Ca.lvij.

v Ngues si iteriꝰ curuati fuerit p tres dies ex adipe emplm sup se hẽre debẽt: deinde soluant. Qui si postq̃z ab eis emplm solutuꝫ fuerit ac separatũ: molles inueniant: fricãdi erũt donec sint eq̃les. Et si necesse fuerit ad hidẽ erit redeũdũ: dõec equales fiant. Qd̃ si in vnguibuꝫ cũ ptibꝰ q̃ vt in tinea excorticãt gibbositas fuerit cũ aceto: ⁊ asragi: ⁊ sale: et fece aceti: epithima fiat: vel fiat emplm ex squilla: ⁊ oleo fisamino ¶Ungues ãt q findunt ⁊ ꝑtes scissas ex se emittũt hñtiũ exvẽtribꝰ colera nigra ẽ educẽda: atq̃z corpa humectãda: vngues ẽt cũ cera ⁊ oleo ac adipe ⁊ medulla mollificãdi. ¶Pro citrinitate vo que vnguibꝰ accidit epithima ex semine eruce: ⁊ aceto multotiẽs est faciẽdũ. ¶Sꝫ si pũcta alba in eis apparuerit cũ pice ligda epithimãdi multotiens erũt. Ungues ꝑterea q valde turpes sunt: cũ summo studio ⁊ labore sunt curãdi cũ his que in cura cuiusq̃z supiozis egritudinis diximꝰ: donec molescant ⁊ cadant. Et postq̃z hoc factuꝫ fuerit qd̃ nasci incipiet manu nullo mõ tangat: ne aliqua ei accidat tortio.

¶De scissuris faciei labioꝝ ⁊ manuum. Cap.lviij.

c Imãtur cera citrina: oleũ roseũ ysopꝰ cerotes adeps anatis colatꝰ: amilũ dragg. mucillago seminis citonioꝝ: ⁊ ex eis h mõ vngm̃ ꝓficiat cera oleũ adeps dissoluant: gbꝰ allia addãt ⁊ in mortario tãdiu moueant: donec in vnũ trãseãt corpꝰ Et fiat ex eis fricatio postq̃z fricationẽ patiens balneum ingrediat. Et postq̃z locꝰ fissus mollificatꝰ fuerit: dragg. tritum in modũ collirij sup eũ spargat: ⁊ deinde lauetur ¶Medicamen ad labioꝝ fissuras. Si fissure magne fuerint: terantur galle cum melle: ⁊ fiat ex eis epithima: vel ex fecibꝰ olei ⁊ terbẽtina ⁊ adipe anatis simul cõmixtis: epithima fiat. ¶Aut galle vt collirũ trite terbentine in oleo dissolute ammisceant: ⁊ fiat ex eis epithima. ¶Vel fiat epithima ex terbentina: ⁊ mastice: ⁊ ysopo ceroto: ⁊ melle. Si ãt fissurã habuerint labia q̃ cũ ab aliq̃ re tãgit lesionẽ affert: pãniculus oui iterior ei annectat.

¶De tumore ⁊ pruritu que accidunt in digitis in autũno ⁊ in hyeme. Capitulum.lix.

v Per digitos aqua salsa calefacta: fundenda est. ¶Ipsi quoq̃z in aqua in q̃ ficla cocta fuerit: mittendi sunt: vel sunt inungendi ex oleo de ben vel ex alijs oleis his similibus. Qd̃ si istud magnũ fuerit: emplm ex sale ⁊ ex ficubꝰ tritis ⁊ oleo: vel ex cepis: vel ex vino fiat.

¶De his que ingrossant corpus vel ipinguãt. Cap.lx.

q Ui corpis crossitiez adipisci desiderat: cibis vnctuosis ac dulcibꝰ ⁊ qui multũ nutriũt freq̃nter vtatur: sicut est triticũ coctũ: ⁊ pultes sorbiles ⁊ dure ⁊ ab acetosis: ⁊ salsis ⁊ acutis nisi p sapore cibi: ⁊ vt appetitꝰ meliorez oino abstineat. ¶Dormitiõe q̃z ⁊ gete in domibꝰ frigidis ⁊ humidis freq̃nter vtatur. ¶Cõuenit ꝑterea post cibũ balneari: ⁊ oleo prius inungi: ac postea aquã tepidã sup corpus ꝓijcere. Est ẽt ei ꝑcipiẽdũ: vt añ cibũ subtili vtẽdo deambulatiõe diu moueat: atq̃z a motu veloci abstineat lectꝰ ꝑterea eius sit mollis. ⁊ ioci atq̃z gaudia semp coram eo assistant. ¶Et corpus etiã ante cibũ donec aliquãtulũ incipiat rubere: fricet. ac in die bis comedat: ⁊ post ꝑmã comestionẽ balneũ igrediat. Vinũ q̃z quo vtitur rubeũ sit ⁊ crossum ⁊ nouũ ac dulce. ¶Ex granis etiã q̃ ipinguant: sunt triticũ ⁊ riçi ac fabe. Triticũ etiã coctũ cũ lacte nutrimẽtũ gñat multũ ⁊ spissum. Ius ꝑterea ex micis panis similaginei ficci: ⁊ farina fabaruꝫ: ⁊ riçi: ⁊ lac: ⁊ bahatha: qñ cũ çucharo comeditur: ⁊ caseꝰ recens. ⁊ fructꝰ quoꝝ nuclei tm̃ comedũtur cũ çucharo vt amigdale ⁊ auellane: ⁊ fistici ⁊ lac ⁊ vue recentes dulces oia hec corpꝰ ipinguãt. ¶De his itidẽ que corpꝰ crossum faciunt: sũt caro arietina: ⁊ galline: ⁊ oua assata. ⁊ iudeb ⁊ meliche: ⁊ frani: ⁊ taphea de paucis taguebil: et vino sp vti ac iocis ⁊ gaudijs semp assistere: ⁊ flebotomiaꝫ ac ventris solutionẽ raro facere: ⁊ nõ freq̃nter balneari: nec coire: neq̃z laborare nec sub sole morari: nec vigilare Famẽ q̃z atq̃z sitiꝫ paꝝ pati: corpꝰ icrossare faciũt. ¶Medicamẽ ad ipiguãdũ bonũ. Semina cucurbitaꝝ excorticata optime terant: ⁊ cũ lacte vaccino ꝓspgant: ⁊ fiãt ex eis trocisci subtiles. ex gbꝰ deficcatis in mane vna sumat vncia: ⁊ trita cũ lacte ⁊ çucharo traijciat. ¶Sorbitiũcle ẽt ex simila ⁊ cicere ⁊ fabis ⁊ riçi ⁊ lacte ⁊ butiro ⁊ ex tortellis fiãt ⁊ bibãtur. ¶Sorbitiũcula q̃ ipinguãt. Farina riçi: ⁊ fabaꝝ: ⁊ ciceris: ac tortellaꝝ. ⁊ amigdale excorticate sumant. Ex gbꝰ sorbitiũcule cũ lacte ⁊ çucharo fiant: ⁊ postq̃z ex eis quotidie sũpserit balneũ ingrediat: a q̃ cũ exierit: nutrimẽto alat sibi ppio. ¶Impinguãs ꝓgruũ. Amigdale excorticate ⁊ auellane. ⁊ albi papaueris semẽ ⁊ granũ viride: ⁊ butiꝝ vaccinũ. ⁊ çuchaꝝ sumant. Oia vo hec butiro peruncta cũ çucharo dissoluto ꝓspgant ex gbꝰ in mane ⁊ circa noctẽ aliqd edat. ¶Suppositorium ipinguatiuũ. Caput arietinũ pingue ⁊ bñ mũdificatũ sumat ac bñ terat: cui media libra caude. ⁊ due libre lactis: ⁊ tritici ac riçi ⁊ ciceris vniuscuiusq̃z: ana quarta ꝑs vniꝰ libre addant. gbꝰ tm̃ aque ãmisceant: vt ex ea cooperiri possit: ⁊ sic coquãtur vsq̃z ad oium dissolutionẽ. ⁊ postea ex aqua colata tres vncie: ⁊ piguedinis due vncie: ⁊ olei ro. atq̃z olei de nucibꝰ ana. ℥.i. sumãt ex gbꝰ i nocte postq̃z assellauerit suppositoriũ fiat: qd̃ in vẽtre tota nocte tenẽdo dormiat: h q̃z p gnq̃z noctes i mẽse fiat. qd̃ ẽt melioꝰ erit si plꝰ fiat. ¶De his q̃z q̃ corpꝰ ipiguãt: est res comedere humidas. Qd̃ etiã squama ferri operatur: ⁊ nos in seq̃ntibus in capitulo de stomacho notabimꝰ hoc.

¶De his que macrũ efficiunt corpus. Cap.lxj.

c Quis corpꝰ macꝝ efficere voluerit cibaria multũ nutrientia dimittat carnem q̃z atq̃z vinũ ⁊ lac. necnon oia dulcia negligat. Plurimũ aũt si in sui nutrimẽto holeribꝰ vtat et maxie cõedat salsa ⁊ acuta ⁊ acetosa ⁊ larga vẽtris vtat solutiõe. vrinã q̃z atq̃z sudorẽ ꝓuocet. ⁊ labore ac multo motu vtat ⁊ veloci anteq̃z comedat. ¶In balneo ẽt diu morez nec stati post balneũ comedat. sed aliqñ diu añ comestionẽ morez ⁊ etiã dormiat sic: ⁊ disponat se ad comedendũ semel in die multũq̃z vigilet. Vinum q̃z vetuꝫ ⁊ subtile bibat. ⁊ ad vltimũ regimẽ vtatur cõtrario ei qd̃ ꝑdiximꝰ. ¶De his q̃z que corpꝰ macrescere faciũt: est triferã minorẽ sepe sumere ⁊ electuaria calla vrine ꝓuocatiua: sicut diatrion pipereon. ⁊ diaciminũ atq̃z post eoꝝ receptionem tamdiu

anteq̃ comedat morari donec appetit⁹ q irritatus fuerat
reprimatur ⁊ extinguat. ¶ Fame preterea atq; sitim pati
⁊ in balneo sudare: ⁊ medicias macie faciẽtes sumere: et
dormire in lecto duro: ⁊ morari sub sole atq; in mansioni
bus calis. ¶ Medicamẽ macrũ efficiẽs corp⁹. Rt. ameos
seminis apij semis feniculi: rute: cimini oium ana partes
equales: sansuci ficci: baurach. ana q̃rtã vni⁹ partis blacte
ptes duas. puluerizentur: de quoꝝ puluere traijciat quo
tidie eo vtens pondus aurei vni⁹: hoc. n. medicamen ve
hemẽter deficcat corp⁹. ¶ De his q̃ q̃ fortiter deficcant.
est sumere calcãthum: qd̃ tñ timorosum ẽ. ¶ Medicamẽ
corp⁹ deficcãs. Rt. trifere mioris. ʒ. iij. pl̃ueris pigre: tur
bit ana. ʒ. j. sumat medicina ꝗ quaq; hebdomada semel.

¶ De his que augent sperma ⁊ que valent ad erectionem virge. Capitulum. lxij.

e **Lectuarium** de nucleis fructuuʒ. Rt. amigdalaꝝ auellanaruʒ nucis indice: pineaꝝ anucleataꝝ: granoꝝ lzillzil: g̃norũ zeilẽ: grani viridis: oium ptes eq̃les: zinziberis piprs lõgi: seminis peonie: ana tertia ptis: penith. ex zucharo tm̃ ex quo temperi possint. Sumant ex eo in mane quotidie ad oui magnitudinẽ ⁊ in sero tantũdẽ. ¶ Electuariuʒ de seminib⁹ qd̃ auget sperma. Rt. seminis baucie: semis napoꝝ cepaꝝ: ac rafani. ⁊ spargi. atq; semis alfassasa: ⁊ eruce seminis pineaꝝ: medulle interioris. g̃noꝝ lzillzil. g̃norum çeilẽ. tuderi lingue auis. secacul: behen albi ⁊ rubei: satirion: costi dulcis: zinziberis macro piperis: nasturtij oium ana terantur. ⁊ cũ melle ꝓficiantur. Ex quo trium. ʒ. pód⁹. cũ. ℥. j. lactis stati mulcti ⁊ penith sumat. ¶ Pulmentũ q̃ ex carne arietina cũ cicere fracto ac cepis fcm̃ hñs subtilẽ puluerẽ cinami: ⁊ galange comedat. Q̃ñq; et p̃dictum electuarium cũ vino nouo ⁊ calo est sumendũ.

¶ Medicamẽ calefactis accorpa hñtib⁹ ficca ꝓferẽs. Rt. lactis vaccini statim mulcti lib. ij. in quo. ℥. ij. terentabin g̃nati ponãtur: ⁊ coquãtur vsq; ad mellis spissitudinem: atq; q̃tidie ex eo in ieiunio. xx. ʒ. sumat q̃si sorbendo: post cui⁹ haustũ pisces recẽtes i veru vel sup prunas assati comedãt. q ⁊ cali cũ cepis sunt edẽdi: atq; vinũ crossũ ⁊ mediocriter aq̃tũ post eos est bibendũ. ¶ Ungm̃ vgã erigẽs sumat oleũ de lilio: ⁊ ponat in eo euforbij piprs sinapis nitri: oium ana. ʒ. j. musci. sexta ps. ʒ. j. Et ex ꝗ vnguẽto renes ⁊ dorsum: ⁊ spõdiles: ⁊ sumẽ. ⁊ femur. ac vga. ⁊ oia q̃ sunt in circuitu ipi⁹ inunganꝫ. ¶ Cortex etiã pinee ⁊ cipri: atq; anetũ in vno coquẽda sũt. ⁊ pãn⁹ in eo ifusus: in anũ est mittendus. Medicamẽ ex quo virga cito erigitur: Ex asa cum melle mixta: vnius aurei pódus cũ. ℥. j. vini per duas horas anteq̃ comedat edatur.

¶ De his que calefaciunt vuluam. Cap. lxiij.

f **Umatur** cordumeni: ⁊ exteri⁹ abrasum teraf. De puluere cui⁹: in oleo sambucino tm̃ mittat ex q̃ inspissari possit: ⁊ mittat in vuluã. ¶ Medicamẽ ꝓferens ad frigiditatẽ vulue et humiditatẽ: cordumeni: ⁊ pip ⁊ ciperi: ⁊ belliricin vino coquantur in quo pãnus madefactus vulue subijciat.

¶ De illis que augent delectationẽ in coitu. Ca. lxiiij.

q **Uihoc** assequ desiderat cubebe ieiunus masticet: aut piretrũ: aut cũ asa. ʒ. j. olei sãbucini. ʒ. x. cõmisceat ⁊ per aliquot dies sic manere pmittat. Et postea ex hoc vnguẽto virgam inungat: ⁊ mulieris crura vehementer eleuet: ⁊ sup ipam crura sua strigat. Sic. n. opando: vterq; valde delectabit. ¶ Aliud Rt. piretri: çinçiberis: cinamomi ptes equales: ꝗ trita cũ aqua qua parũ gũmi dissolutũ fuerit ꝓspganꝫ. ⁊ fiant ex eis trocisci pui: qui in ore teneanꝫ. ⁊ postq̃ resoluti fuerit cum saliua: coeundũ est cum muliere.

¶ De sanatiõe illi⁹ q in fine coit⁹ ilico egerit. Cap. lxv.

o **Portet** eos anteq̃ coeant egerere: ea vo eis danda sunt: que ventrem ꝓstringũt Acathie p̃terea atq; aramich: ⁊ thuris: ac balaustie ⁊ gũtui arabici: oium ptes sumanꝫ equales: ex quib⁹ ossis dactili similitudo facta ano in hora coeundi subijciatur. In alijs vero horis oleum de neridem supponatur: ⁊ ex eo inungatur.

¶ De illi⁹ sanatiõe q ex nimio coitu debilitat. Ca. lxvj.

h **Jabua** frigida sũt lauãdi: ⁊ ex aqua carnis nutriẽdi paꝝ et vini bñ odoriferi et clari bibãt: barbam p̃terea ac faciẽ: ⁊ totum caput ex eis liniant: que bene redolẽt. Pãnosq; ⁊ totum corp⁹ cum odoriferis suffumigent. Quiescant ⁊ in lecto iaceant valde molli.

¶ De illis que diminuunt sperma ⁊ virge erectionem. Cap. lxvij.

o **E his** que sperma ⁊ virge erectionẽ minuũt est acetosa: ⁊ stiptica comedere: vt est acetum ⁊ vue acerbe succus ⁊ ribes ⁊ his similia: ⁊ olera frigida: vt lactuca ⁊ portulaca. ⁊ his silia. ¶ De his q̃ q̃ erectionẽ minuũt: sunt ea q̃ vẽtositatis sunt dissoluti ua sicut ruta: agnuscastus: mentastrũ ciminum ⁊ ameos.

¶ Medicamẽ virge erectionẽ minuẽs. Rt. seminis agni casti. ʒ. x. solioꝝ mẽtastri: rute sicce: cimini cipri: balaustie: ana. ʒ. ij. Ex hoꝝ puluere in mane: ⁊ circa noctẽ traijciat.

¶ Medicamẽ aliud qñ calitas fuerit cã. Rt. seminis lactuce seminis portulace. ana. ʒ. x. psilij: semis coriandri ficci ana. ʒ. iij. balaustie: nenufare: ana. ʒ. ij. Ex his oibus simul cõmixti. ʒ. iij. cũ quarta. ʒ. j. cãphore: per aliq̃t dies sumãt ⁊ cibis vtantur stipticis ⁊ acetosis.

¶ De illis que ingrossant virgam. Cap. lxviij.

m **Ultotiens** in die tamdiu fricãda ẽ: donec rubea fiat: ⁊ postea aqua cala sup eã fundenda: ⁊ exinde cũ cera in oleo violato resoluta epithimãda. ¶ Aut fricet: ⁊ cum lacte ouino in die decies vngatur. ¶ Aut epithimet ex lumbricis terrestribus deficcatis: ⁊ cũ oleo sambucino tritis. ¶ Aut frustũ vtris: in quo remansit pix calefiat: ⁊ cũ eo fricet virga ⁊ inuiscet ei. ⁊ dũ calm fuerit: sup ipam teneatur. Cũ autẽ infrigidatũ fuerit: remoueat. hoc in die multotiẽs est faciendũ. ¶ Aliud medicamẽ. Rt. sulphuris citrini: piprs. ana ptes equales hec trita cribellent cũ oznli ⁊ ex eis cũ melle puro cõmixtis fiat epithima: qd̃ postq̃ per horam vnã sic mãserit: lauet cũ aqua cala. ¶ Aut sumat seminis alcoti nuclei: ⁊ triti triconiçent: ⁊ cũ lacte stati mulcto cõmisceant: ex qb⁹ vga añq̃ mulieri cõmisceant: fricet. augmẽtat. n. Siqs ãt p̃dicto regimine frequẽter vsus fuerit in naturalẽ trãsibit magnitudinẽ atq; sic remanebit.

¶ De his que ꝓstringunt vuluam. Cap. lxix.

g **Allie** . ʒ. iij. gariofilo. ʒ. j. musci. ʒ. sexta pare: sumantur: ⁊ trita oia in vnã vini. ℥. mittãt in quo pãnus madefactus in vuluã mittat. ¶ Aliũ qd̃ corruptã q̃si vginẽ reddit. Rt. gallaꝝ aluminis. squinãti folioꝝ lilij ciperi: ana partes equales hec oia in aq̃ coquantur: de qua mulier in vuluam multotiens mittat. Cũ aũt vulua multũ stricta fuerit: atq; vir vt coeat ad mulierem accesserit. pua pars intestini sanguie colũbe ipleatur: ⁊ vulue añq̃ vir ad eã accedat imittat. Postq̃ enim ad eam accesserit: ⁊ cũ ea coire ceperit: findetur itestinũ ⁊ sanguis fluere incipiet.

¶ De illis q̃ auferunt humiditatem in vulua. Cap. lxx.

a **Ntimonii** alumis iamenti: ptes sumãt eq̃les: ⁊ trite tritoniçent: ⁊ sic subijciant. ¶ Aut salgẽma: ⁊ alumẽ trita subijciantur ⁊ lauetur mulieris vulua cũ aqua in qua galle ⁊ glandiuʒ cupule: ⁊ balaustie cocte fuerint. ¶ Aut pineaꝝ cortices: ⁊ alumẽ: ⁊ cipri in vino coquãtur in quo pannus madefactus vulue imittatur: ⁊ ibi teneatur.

¶ De his que calefaciunt vuluam. Cap. lxxj.

c **Cordumeni excorticatum** sumat ⁊ teratur: ⁊ pijciatur ex eo in oleo sãbucio tãdiu: donec inspissetur ⁊ supponatur.

¶De his que valent ad impregnãdũ. Cap.lxxij.

a **Dhoc** vz vt vir ⁊ mlier nõ coeãt nisi post lõgum tpõ: ⁊ vt nõ sint ebrij: ⁊ vt vir cum muliere ludat tamdiu donec eam videat desidera re coitũ: qõ in oculis mulieris atq; anhelitu cognosci potest. Et fit coitus post mẽstruoꝝ purgationẽ. Qui postq̃ cum ea coire ceperit: ipius vehemẽter eleuet crura. ⁊ sit tunc mulieris caput inferius mersum: atq; vir a spmatis amissione abstineat: donec sciat mulierẽ suũ ipleisse desiderũ: ⁊ tunc ipe semẽ fundat. ¶Mulier vo post diu iaceat hoc aũt statim post balneũ fieri poenit. Oportet tamẽ vt anteq̃ hoc fiat: mulier medicinas sibi subijciat calidas.

¶Pessariũ ad ipregnãdũ valẽs. ℞. figiã castoreũ galbanum: oppoponacũ. carpobalsamũ. semẽ ben. costũ. spicã indã. bdellũ. Ex his oibus tritis ⁊ cum vino commixtis: glãdis fiat silitudo: q̃ in vuluã missa: p multas noctes anteq̃ coeat: quattuor teneatur horis.

¶De illis que phibẽt impregnari. Cap.lxxiij.

f **Imulier** post coitũ statim paꝝ allutrã sibi subijciat. aut cũ vir coire vult virge caput ex eo inungat: nõ fiet pregnatio. Qõ ⁊ rute succus sil' opatur. aut pip. si ex aliquo eoꝝ mulier sibi supponat postq̃ coierit. ¶Mulier q̃z si pedes habens aptos post coitũ fortiter retro salierit: spma qõ ptin ex in ea cadet. Vir ẽt si coitũ priusq̃z mulier expleuerit: nõ impregnabitur mulier. ¶De his ãt q̃ aborture faciũt: sunt medicine quas in capo de partu facili noiabim⁹. ⁊ pessarum ex allutrã: aut succo rute: vel ex pulpa collogntide: vel arthanita facere: aut succũ rute bibere. ¶De his etiã que fetũ vehementer expellũt. est q̃tidie pgnãti tribuere .z.iij. de semine sauine decẽ dieb⁹ ptinuis: nisi pus febrez passa fuerit. Que si acciderit dimittẽda est. Sana vo hoc frequenter sumat: donec in eius vrina atq; sudore: seminis hebel odor sentiatur. ¶Dis preterea oibus que in capitulo de menstruorum prouocatione: ac de facili partu diximus vtendum est: aut electuarium de assa ei detur.

¶Electuariũ qõ in aborsũ faciẽdo validũ existit. ℞. seminis hebel. z.c. mentastri ficci. folioꝝ rute. ana. z.xx. rubee cordumeni: pulegij. cerumi. ana. z.x. hec oia puluerizata cũ lacte ficuũ: in modũ electuarij pficiant: ex quo in mane ⁊ circa noctẽ ad magnitudinẽ vnius nabach e sumat.

¶De illis q̃ multũ faciũt bibere. Cap.lxxiiij.

f **Iquis** in potu multo vult vti vino: oportet vt ea die nõ mlto repleat cibo: neq; dulcia comedat. Tafeam autẽ vnctuosam sorbeat. ⁊ micas in iure molles ⁊ vnctuosas comedat: carnemq; pinguedinem ãmixta m habentem temperate edat: neq; ea die ante comestionem laboret. Sed statim postq̃ expgefactus fuerit: bibere incipiat. in stomacho ex precedentis diei cibo nõ grauedinem habens.

¶De his pterea que ad potandũ valde adiuuant: est caro cũ caulibus: ⁊ cũ canabit: ⁊ cũ lẽtib⁹. ¶Postvinũ quoq; citri acetositatẽ. aut ribes. aut citonia. aut granata aceto, sa vel res acetosas: aut salsas sumere: maxime auxiliatur.

¶Medicamẽ qõ ebrietatem detardat. ℞. caulium nabati semina: ciminum: amigdalas excorticatas. mentastrum salem: absinthium. rutam siccam. ameos ex his omnib⁹ simil' tritis. z.ij. pondus cum aqua frigida a ieiunio sumatur. si ille qui sumere debet calorem non habet. Qui si carem patiatur: dimittat. ¶Ad hoc pterea iuuamẽtũ pstat vt qui vult bibere amigdalas salitas: aut lentas salitas: aut olituas sale conditas: aut cappares comedat.

¶De his que cito inebriant. Cap.lxxv.

m **Andragore** opij: seminis iusquiami nigri oium ana. z. sumat: nucis muscate. z.s. gallie: xiloaloes: ana. z. tertia pars. Ex his omnibus tritis: trociscis informent. Quorum vn⁹ cum in vino dissolutus fuerit: vehementer inebriabit.

¶De his quoq; que inebriant est vt iusquiamum nigrum ⁊ cortices mandragore in aqua donec rubea fiat coquantur: que postea vino commisceri debet.

¶Medicamẽ aliud leuius primo. Aqua in qua seilez coquitur sumat: ⁊ cum vino misceat: vel aqua in qua vsnee aut res mucillaginem his madefacta fuit: detur. ¶Aut vinum in quo xiloaloes madefactum fuit: tribuatur.

¶Medicamen aliud quod valde est forte. ℞. mirre: figie opij. iusquiami oiuz ana. sextam partẽ. z.j. gallie gariofili ana tertiã. z.j. hec trita cum vino mixta tribuãtur.

¶De his que cito alleuiant ebrietatem et ex quibus cito aufertur. Cap. lxxvj.

a **Qua** ⁊ acetum multotiens danda sunt ei. aut aqua mixta cum lacte multum acetoso. vel cum sero acetoso tribuẽda sunt. Acetum quoq; ⁊ oleum roseum super caput sunt fundẽda. atq; cãphora ⁊ aqua rosata naribus applicande sunt vt eas odoret. In stomacho quoq; si aliq̃ pars vini remanserit. vt ipsã euomat est cogẽdus. ¶Dan⁹ pterea eius atq; pedes in aquã frigidã sunt mittendi. ⁊ cũ sale fricãdi. ac buccelle panis in succoe vue acerb infuse sunt tribuende cum lentibus coctis. Caules etiam cocti atq; canauit dandi sunt.

¶De curatione ebrietatis: Cap.lxxvij.

o **Portet** crapulatum diu dormire: ac postq̃ euigilauerit balneum ingredi: vbi in loco sedeat temperato. Et postq̃ super ipius caput aque tepide multitudo fusa fuerit: exeat: ⁊ pullum cũ succo vue acerbe: necnõ charis ⁊ hulem: atq; his similia comedat: deinde alia vice dormiat. Q. si capitis habuerit dolorem caput ex aceto cum oleo roseo mixto ifũdat Et sint acetum ⁊ oleum roseum super niuez infrigidata. Quibus ita gestis ite ꝝ dormiat. Si autem post hec crapule sanitas tardauerit parum vini cum mlta aq̃ bibat.

¶De his quoq; que crapulam remouent sunt multuz loqui: ⁊ longam suauiter incedere viam: ⁊ oleum violatuz: ac flores salicis: necnõ rosas: ⁊ camphoram ⁊ aquam rosatam olfacere: atq; aqua tepida caput infundere.

¶Aliud seminis scariole seminis caulis: berberis: mundati a suis granis sumach: lentium excorticatarum. rosarum spodij: ana. z.x. sumantur. ex quibus. z.iij. cum sexta .z.j. de camphora ⁊ cum. ℥.j. acetositatis citri decocte ad spissitudinem. Aut cum succo mali granati acetosi. vel cum ribes sunt potãde. ¶Aliud de semine coriãdri ficci trito mixto cum çucharo albo eiusdem quãtitatis: cuius ipm est quãtum põt tribus traijciat vicibus. Robub aũt q̃ ad crapule valẽt remotionẽ sunt rob de succo vue acerbe ⁊ rob de acetositate citri: ⁊ rob de ribes. ¶Aliud aqua in qua sumach: ⁊ tamarindi: atq; pruna fuerint infusa: sumatur: ⁊ cum succo acetositatis citri eiusdem quãtitatis misceat: quibus tantũ çuchari quãtum totũ est addatur. Que oia vsq; ad spissitudinẽ sunt coquenda. Ex quibus postea quasi sorbendo aliquid est sumendum.

¶Completus est tractatus quintus cum dei misericordia.

Tractatus.vi.

19. continens capitula.

pm De cautela iter agẽti a calore: ⁊ auferendo nocumẽto qõ accit ei ab ipo.
2 De cautela diez cãicla rũ ⁊ succursu eoꝝ que ex eis accidunt.
3 De sedanda siti ⁊ expulsione nocumenti eius.
4 De ẽgimie eoꝝ q pgẽ volũt: dũ magnũ est frig⁹
5 De sanatione congelati a frigore.
6 De sincopi q̃ fit ex fame ⁊ eius sanatione.
7 De ẽgumie extremitatũ digitoꝝ pedũ ⁊ manuũ ne a frigore corrũpant ⁊ succursu si icepta fuerit corruptio: ⁊ sanatõe ei⁹ qõ fuerit corruptuz.
8 De imobilitate ocli exniue
9 De adustione ⁊ dolore q̃ accidũt oclo ex frigore vel vento.
10 De sanatiõe debilitatis ⁊ laboris magni.
11 De ẽparatiõe corporis ad ambulãdũ ⁊ regimine cibi in inneribus.
12 De ablatiõe nocumẽti ⁊

diuersitate aquarum. 16 De illis q̃ ꝓhibẽt soob.
13 De mansionibus expeditionum. 17 De illis q̃ ꝓhibent fissuras q̃ fiunt in calneis.
14 De regimine mare intrantium. 18 De excoriationib⁹ q̃ accidunt ex egritudine vel calciamentis.
15 De ꝓhibitione generationis pediculoꝝ ⁊ destructiõe eoꝝ qui generati sunt. 19 De casu ⁊ pcussione q̃ fiunt in capite: vl' in alia parte corporis.

¶De cautela iter agentibus a calore ⁊ auferendo nocumento qd̃ accidit ei ab ipso. Cap.j.

o **Oportet** vt q̃ in magne calitatis tpe iter agit: cibo non sit repletus neq; sit ebri⁹ neq; ẽt ea hora vinũ biberit. nõ tñ sit inanitus: neq; a cibo vel vino oino vacu⁹ nisi fastidiũ patiat. Qd̃ si passus fuerit: oino abstinere abstinere melius est: atq; quiescere: ⁊ tamdiu dormire: donec fastidiũ remoueat. Qui si nõ fuerit fastiditus: imo appetitus in ipo aliquantulũ viguerit: mediocriter cibo reficiatur: qui tñ paucitati attineat. ¶Cibaria vo q̃ bus vtur frigida sint atq; extinguẽtia: necnõ sitim repmẽtia: vt sunt allizaris: ⁊ alhulẽ: ⁊ vue acerbe succus: ⁊ acetũ cum oleo: ⁊ his silia. De his q̃ sunt frigida. Qd̃ si nullo mõ comedere desiderauerit: calorẽq; supfluũ atq; sitim senserit: triticũ fractũ cũ multa aqua coctũ cum çucharo ⁊ aqua frigida bibat. Post cuius haustũ nõ statim eat: sz parump moret: ⁊ pcipue si multũ aque biberit. Si enim statim motus fuerit: cibus in stomacho existẽs de vno latere ad alteꝝ trãsiẽs stomachũ inflat: ac male digerit. Si aũt ipm ire necessitas coegerit: parũp bibat: ⁊ nunq̃ in aliqua hora fortiter incedat: oiaq; mẽbra sua a sole custodiat: ⁊ pcipue caput: ⁊ q̃ maxime si diu ambulare desiderauerit. Diu.n.cũ fortis fuerit calor incedere: ⁊ ieiunare: corporibus macris plus: crassis vo min⁹ nocet. Quedã tñ crassa reperiuntur corpora: gbus predicta conferunt. Nos aũt iam dixim⁹ in hoc nostro libro nõ esse intẽtionẽ nostrã: oia ista distinguere ac determinare. Oportet eni nos hanc pfundius tractare doctrinã. Vñ ea que sepius accidere solẽt ꝓsideram⁹: Vsus pterea in hoc: magnã cõtinet partẽ. Corpa nãq; calorẽ aut laborem vel famẽ: siue alia ꝓsueta fere assueta: in his fortiora: atq; magis tolerãtia inueniunt: a qb⁹ ẽt min⁹ ledunt q̃ ea que is assueta nõ sunt. ¶Postq̃ aũt is qui iter agere inceperit suũ perfecerit iter: aliquãtulũ prius quiescere: ⁊ deinde in aqua tepida ⁊ dulci balneari dz: postq; fructus ac cibaria infrigidantia ⁊ humectantia comedere ⁊ in loco vẽtis exposito dormire vtile ei existit: coitũ etiã ptermittat. ¶Capiti aũt dolorẽ si senserit: cũ aqua ro. ⁊ rodoleon ac aceto curet: atq; balneo a q̃ sepius vtat. Cibaria ẽt oia qb⁹ vtit: frigiditati ⁊ humiditati maxime attineãt. Oleũ pterea violatũ aut de cucurbite seminibus: aut de florib⁹ salicis factum olfaciat. Si aũt nihil mali senserit: suuz pagat iter. ¶Q̃ si egritudo ei acciderit ab itinere tãdiu suspendat donec qd̃ accidit sublatũ credat. Si aũt morari nõ poterit: paulatim incedat se q̃ maxime a sole custodiendo. ¶Ante ẽt q̃ incedere incipiat: ea q̃ vehementer extinguunt bibat: sicut ordeum fractũ ⁊ coctũ: mixtũ cũ çucharo ⁊ aqua ro. ac mucillaginẽ psilij: aut iulep cũ aq̃ ordei. Cũ aũt quieuerit cibo ⁊ fructibus infrigidãtib⁹ ⁊ lacte si nõdũ febris eũ inuasit nutriat. Qua si lesus fuerit: nec lac neq; butirũ: neq; aliquid ex lacte factũ attingere psumat. nisi multũ acetosum fuerit. Lac.n.acetosum: ⁊ seres simplex: ⁊ masal: huic non nocẽt dispositioni ¶Febris vo si pduraueri maior in ea indigebit sermone: q̃ ille quem in hoc libro explicare volum⁹. Est.n.in his necessarius medic⁹ in talib⁹ vsitatus qui eũ regat. Nos q̃z de febriuz curis quãtũ huic nostro prinet libro: in suo si deus voluerit dicem⁹ loco. ¶De cautela die ꝝ canicula ꝝ ⁊ succursu coꝝ q̃ ex eis accidunt. Cap.ij.

c **Um in diebus** canicularibus aliqo iter cibis reficiendere cogit mediocriter cibis reficiat ex re vnctuosa debet. post quorũ acceptionez a potu multe aque abstinere dz. ¶Caput q̃z ac faciẽ panno lineo subtili cooptat. quem patiẽter ferat. Qd̃ si ipm aliquo mõ molestauerit: faciẽ a solis obuiando ne vel venti auertat atq; in aliã declinet partẽ si potuerit aut quantum plus poterit eis se occultet. ¶Os q̃z aqua semp abluat: quã nõ traijciat: nisi cũ fuerit frigida. ¶Calor aũt si ei multũ nocuerit caput semp sub pãnis teneat. Oleũq; de cucurbitis aut de dulcibus amigdalis semp odoret: ⁊ ex eo paꝝ traijciat. Pectus quoq; atq; ventrez ante itineris inceptionẽ: ex psilij mucillagine: aut ex succo portulace cũ oleo de cucurbitis ⁊ albumine oui mixti epithimet. Ramos etiã portulace si semper suxerit remediabitur: ⁊ q̃z maxime si ex eis cum lacte valde acetoso: ⁊ butiro coctis: aliq̃z eat comederit. Qd̃ si lac acetosum inueniri non poterit: masal cum butiro vtatur: hic.n.cibus canicularium remouet nocumentum atq; sitim. Et si qs anteq̃z iter incipiat de oleo cucurbitarum magnã sũpserit quantitatem: canicularium ab eo remouebitur nocumentũ. ¶De his etiam q̃ ipsoꝝ in vltimo nocumentum remouent: est vt cepe incise in lacte acetoso p diem vnam vel plus iacere pmittant. De quib⁹ anteq̃z incedat comedat post quarum etiam acceptionem de lacte illo bibat. Qui postq̃z quieuerit: nõ statim aquã bibat: sed ex ea os semper colluat. ⁊ ex frigida parump traijciat. Post hec autem de his que infrigidant: quantum voluerit comedat. post quorum comestionem aquam paulatim bibat. Hoc enim regimine si quis vsus fuerit a siti preseruabit pernitiosa si deus voluerit.

¶De sedanda siti ⁊ expulsione nocumẽti ei⁹. Ca.iij.

o **Oportet** quelibet sitim in itinere timentẽ a cibi saturitate anteq̃z eat abstiere. Ex olerib⁹ tñ infrigidãtib⁹: ac frigidis ⁊ acetosis paꝝ comedat. Aut ex sauich cum çucharo ⁊ multa aqua frigidissima bibat. ¶A rei vo salse vel dulcis: vel acris comestione abstineat. ⁊ ppte a piscibus tam recẽtib⁹ q̃z salsis: atq; salmuria conditis: ⁊ oino ab oibus hoꝝ spẽb⁹. Ipsi enim sitis sunt effectiui. Et cauguamich: ⁊ gnia lactis q̃ salita vel acetosa condiuntur dimittat. ⁊ cappares ppte ⁊ oliuas: qm̃ sunt sitim facientes. Cepe vo in aceto misse: ⁊ que eis assimilantur sitim sedant. Ipm etiã obseruare oz ne velociter incedat: sed suauiter ⁊ cum mora tm̃. Velox enim incessus hoiem frequẽter anhelare: ac vehemẽter facit. Qd̃ in sitis puocatiõe oib⁹ deteri⁹ existit ¶A multa etiam locutione abstinere dz. Multa.n.locutio sitim creat. Si aũt ipz loqui necesse fuerit: i bmissa voce quãto pl⁹ possibile est loquatur. Clamor.n.calorẽ ac sitim multam afferre ꝓsueuit. ¶De his preterea que sitim sedẽt ⁊ diu remouent sunt lac valde acetosum: ⁊ portulaca: ac lactuca ⁊ cucurbita ⁊ citroli: ⁊ melones nõ dulces: ⁊ pira valde humorosa: ⁊ paꝝ stiptica: nõ multũ dulcia. poma q̃z ac mala granata: ⁊ q̃ de fructib⁹ acetosis sunt eis silia. et acetositas citri atq; vue acerbe succus: ⁊ ribes et pruna. Sigs.n.anteq̃z eat comederit: nõ sitim patiet. ¶De his quoq; q̃ in ore tenta: in hora eundi temperiẽ adducũt in sitis ablatione: sunt pira sicca acetosa: cum vnũ post vnũ sumit. ⁊ thamaridi. ⁊ gnati acetosi gna. aut ex masal assi due parũp sumere: ⁊ in ore donec dissoluat tenere. In h tñ nõ ꝓfert relis: neq; sumach: neq; his silia. ¶Huic aũt lz parũ confert frustũ cristalli in ore tenere: ⁊ sadaffa aut argentũ merũ tersum. ¶Labia pterea fortiter stringere atq; aerẽ nullo mõ per os attrahere cõfert. si q̃z maxime poterit hoc agere studuerit. ¶Aliquã q̃z de rebus frigidis odorẽ reddentibus: vna hora post aliam horam odoret: atq; olea infrigidantia olfaciat. Ventri q̃z ex herbis frigidis emplastrũ superponat: aut ipm ex epithimatib⁹ que in canicularib⁹ nominata sunt: epithimet. Qd̃ si aq̃

habuerit paucitatem acetū ei cōmisceat. Parua.n.quantitas eius tunc sumpta: vehemēter sitim sedabit. Ea q̄z q̄ sitim extinguunt edat: ⁊ ea que ipam afferūt derelinquat. Trocisci qui calorē extinguunt: ⁊ sitim sedāt: febribusq̄z acutis: ignitis in vltimo ꝓferunt si voluerit de⁹. ex quib⁹ anteq̄z eat: ⁊ etiā in hora eundi: aliqd in ore teneat. Ipsi enī ⁊ sitim remouēt ⁊ ardorē extinguūt. R. citroli cucurbite: seminū excoriticatorꝫ partes equales: seminis lactuce seminis portulace: cuiusq̄z ana ptē mediā: succi liquiritie puri: quartāvnius partis: teranf hec oia. ⁊ cum succo portulace aut psilij mucillagine cōficiant. ex quibus trocisci parui ad lupinorꝫ similitudinē informentur. ex quibus dum incedit: vnuz post vnū in ore teneat quē nō masticet: iz̄ sinat donec paulatim dissoluatur. ⁊ qd̄ ex eo dissoluitur trajciat. Ante vo q̄z eat: vel cum per eos febrem acutam sedare voluerit pondus. ʒ. iij. ex eis bibat cū rob alicuius fruct⁹ acetosi quos nominauimus. Si autem in pectore aliqua fuerit asperitas: ipos cum iulep vel siru po violato bibat. Ipterea trocisci ardori vrine in vltio conferunt. Cum autem aliquis in itinere sitim patitur vehementem: oportet ne statim aqua satietur cum eā inuenerit: sed os ex ea longo colluat spacio. ⁊ ex ea parum trajciat: in quam etiam suas mittat extremitates: faciēq̄z suam ex ea lauet: atq̄z in eam si voluerit ingrediatur neq̄z ex ea bibat nisi parum: de qua etiam minus q̄z poterit: paulatim sorbendo vna vice post aliam sumat. Post hec autem ex cibis quos nominauimus comedat ⁊ paulatim in potu cum augmento ex aqua sumat: de qua tamen nō satietur. Et quāto plus sitim diminutam esse senserit. potum si voluerit augmentet donec satietur. Cum hoc enīz regimine a siti pernitiosa: atq̄z a malis accidentibus ipaz comitantibus preseruari poterit.

De regimine illorum qui voluntiter agere dum magnum est frigus. Cap. iiij.

q **Ve madmodū** ex longo itinere in tēpore multi caloris fiecitas corporis: ⁊ ptisis: ac dolor capitis: necnon febres et his similia accidunt: ita ex itinere in tempore multe frigiditatis: alie euenium egritudines. Ex quib⁹ sunt cōgelatio ⁊ fames. ⁊ sincopis: atq̄z apoplexia: ⁊ stupor ac exolutio: ⁊ alcuçegi: ⁊ extremitatū putrefactio: ⁊ horum similia. De tū egritudines illis propere accidunt: qui ad eas naturaliter dispositi sunt: sicut illis forsitan quoꝫ cōplexiones his repugnant egritudinibus: atq̄z quoꝫ corpora frigori vehemēti exponi cōsueta sunt: huiusmōi nō accidunt egritudines nisi raro: ⁊ cum cā. s. frigoris vehementissima. Nos q̄z in illo dicemus sile eius: qd̄ in precedentibus diximus. Dicemus igitur q̄ si quē in vehementis frigoris tempore incedere oportuerit cibis prius repleri: atq̄z vini magnā bibere quātitatem debet. Post quoꝫ acceptionē ab itinere aliquātisp abstineat donec cibus calefiat: ⁊ motio q̄ in corpe facta fuit: sedetur. Ciba ria aūt quibus vtitur. actualiter ac potentialiter simul calida sint. O. si frigus fortissimū fuerit. atq̄z ipm statim post comestionem uer incipere necesse fuerit: vinum purum tepefactum bibat: aut vinum cui tātum aque calide ammixtum est vt ex ea tepefieri possit. Vinum vo si forte ⁊ subtile stipticitate carens ⁊ acetositate. Faciem etiā subtili fortiter cooperiat panno: ⁊ precipue si sue faciei contrarius pflauerit ventus frigidus. Ab his aūt ille precipue custodiendus est: qui in pectore asperitatē sentit: vel tussim patiatur: vl cuius pulmo aut pectus debile ē. Hic enim si aerem attraxerit frigidum: ad tussim vel ad sāguinem spuendū velociter pueniet. Ex his vo que in tempore vehemētis frigoris ante incessum sumunt: sunt cibaria cū nucibus ⁊ alijs facta: ⁊ cepis: ⁊ butiro. Et allijs quidem ⁊ nucibus vehementer pficiendi ad hoc inest ꝓprietas. Totum namq̄z calefaciūt corpus: calorem q̄z adeo augmentant innatum: donec per totum diffundatur corp⁹ ⁊ etiam multiplicetur in extremitatib⁹: nedum in corporis medietate. Assa q̄z similiter operatur: si vna. ʒ. ex ea cum fortis vini libra. j. vel cum idromelle sumpta fuerit piper itidē si ex eo in cibo multū ponatur: vel cum idromelle bibatur: eiusdē est iuuamēti. Cepe preterea crude atq̄z porri: ⁊ tafea alba in qua multuz ponit de taguebil: ad idem conferunt. Hic aūt nō statim post itineris pfectionē ⁊ dimissionez eius: ad ignem se calefacere nec balneum ingredi: neq̄z dormire debet. Sed per horā vnam locū calidū in quo sit ignis a longe circūeat. deinde vero igni ꝓm grad⁹ paulatim appropinquare incipiat ordinē obseruādo. Post hec aūt si i itinere magnū tetigit euz frigus: balneū ingrediat: in quo diu morando fricet. Q. si balneū inuenire nō poterit: in domo igne calefacta tam diu fricet. donec corp⁹ ipsi⁹ rubere īcipiat: deinde in molli lecto diu dormiat. possibile est. n. vt qui hoc vsus fuerit regimine: a febre pseruetur si placuerit deo.

De sanatione a frigore congelati. Cap. v.

c **Vi congelatio** ex frigore accidit de quo nondū fit desperandum preparandus est ei locus igne calefactus qui ventis non sit expositus: in quo cum fuerit. fortiter ⁊ velociter calidissimis fricandus est manibus. Qd̄ īdeo fieri conuenit: vt totum corpus simul calefiat capite excepto: qd̄ calefactis pānis calefieri oportet. Cum autē totū corpus fricatū fuerit: homines corpora calida ⁊ sēnia hītes: cū eo in lecto iacere debēt. Quoꝫ corpa ipsius corpus tangere. ⁊ q̄z maxime ventrē ⁊ dorsum atq̄z pect⁹ conuenit. cui post hec parum asse: ⁊ mirre: atq̄z piperis cum vino forti: necnō aqua carnis dari dz. Postq̄z aūt eius anhelitus aliquātulū reuersus fuerit: ex tafea alba nutriatur. vinum quoq̄z nō in magna quātitate ei tribuatur: lectusq̄z mollis ei preparet: in quo multis coopiat pannis: vt diu dormiat precipiat. Postq̄z autē expergefactus fuerit. ⁊ ꝓualescere inceperit: balnū ingrediat calidū in quo langam faciens moram: multum fricetur: ⁊ ex oleo lilio vel narciscino vel cucostus ⁊ castoreum ac muscus ⁊ euforbium āmixta fuerint inungantur.

De sincopi q fit ex fame ⁊ eius sanatione. Cap. vj.

a **Liquando** iter agentibus in tempore vehementis frigoris: fames accidit valida: deinde vero non morantur: vt sedetur fames illa: ⁊ superuenit eis sincopis ⁊ extasis vehemens. qui fortasse moriuntur inde. Cum hec ergo fames inceperit velociter ⁊ subito sunt cibandi ex pane in vino forti madefacto. ius quoq̄z staffearum vnctuosarum vt sorbeant eis est dandum. vinoq̄z forti calefacto: in quo parum sit posituz piperis: sunt potandi. Qui si curati nō fuerit: nisi pri⁹ eos iuaserit sincopis: aq̄ rosata sunt rorādi naresq̄z ipoꝫ ex musco ⁊ calamo aromatico sunt isufflāde: labia quoq̄z atq̄z griuones ex algallia inungi debēt. Os preterea stōi ac extremitates tādiu fortiter sunt fricāda: donec rubere incipiant. deinde vo extrema ita ligaturis sunt constringenda: vt doleāt. Postq̄z aūt a predicta euaserint sincopi. vt pdiximus sunt regendi. Si vo non euaserint. vinum ⁊ aqua carnis per guttur sunt injciēda Qui manibus diu sunt fricādi. ⁊ aqua ro. rorādi: atq̄z vociferando vel manib⁹ tangēdo excitādi. O. si extasim passi fuerint ex hoc. phibe illos ab eo quanto plus possibile fuerit. ita vt manus atq̄z pedes ita liges vt doleant ⁊ da eis ad sorbēduz ponendo in ora eorum vna vice post aliam. ⁊ moue eos. ⁊ vocifera sup eos. Vinum preterea cū pipere calefactū. eis ad bibendum tribuendū est. Eis itidē de sagçenca paz. aut de electuario ex assa facto dandū est. Quos preter hec igni applicabis: corporaq̄z eoꝫ cum oleo de costo: aut oleo de euforbio inunges.

De regimine extremitatū digitorꝫ pedū ⁊ manuum ne a frigore corrumpātur ⁊ succursu si incepta fuerit corruptio ⁊ sanatione eius qd̄ corruptū est. Cap. vij.

p **Edum** digiti prius manib⁹ absq; vllo liquore vehementer sunt fricandi. deinceps vo ex oleo veteri inungēdo fricatio facienda est. postq; pānis cooperiendi iter ipōs: ac sub ipsis z sup ipōs iterponēdo pānos. Sub pectine etiā toto ac super ipm lana mollis mittēda: deinde vero caligis subtilibus z mollib⁹ calciādi. ¶ Q; si frigidis sotularib⁹ se calciauerit: sūmope cauere debet ne sotulares madefiant: aut ex aliqua re sibi accidēte humectētur. ¶ De his q̄z qbus extremitates fricate nocumētū ex frigore aduenīens repellunt: sunt olea cala ficut sambacinū: z araçilii: z oleuz de ben: z liliacū atqz laurinū. Alliitran vo vehemēti⁹ in hoc opaf: q̄z supradictoꝝ aliqd. Ipm. n. nō soluz frigus extremitates corrūpere nō finit. verūetiā ne id qd ceperit corrumpi putrefiat phibet. ¶ Uiator preterea sibi cauere dz ne sitim pati nitatur: aut frigus: ex quo extrema ledātur. fortassis. n. ex hoc velociter corrumpenf. Nui⁹ aūt signū est q̄ frigus qd ei nocebat: iam alleuiari sentif: lz eoꝝ opimentū nō fit mutatū nec augmentatū. neqz ab aere frig⁹ sit remotū. hoc. n. tūc nō euenit nisi ex sensus minoratione ¶ Uerum oz vt cum frigus nocere ceperit: pedū opimentum statiz mutetur multaqz in eis fiat fricatio. postqz opiantur: ac in incessu moueanf. Nihil. n. est deterius ad velociter afferendū frigoris nocumentū: q̄z vt pedes sint suspēsi. Si aūt ptigerit eos apari: eorūqz sensus minuit: ad huc curari poterunt nisi virides aut nigri fiāt: si in aqua mittātur in qua tritici palea cocta fuerit. aut in qua napi vel caules bulierunt. Aut anetum aut camomilla: aut sticados arabicus: aut si simber. aut sansucus. aut mellilotum siue lini semen aut fenugrecuz. vnūquodqz separatim aut oia simul. Et si cum aliquo ex oleis que nominauim⁹ z iuxta ignem. z sepe fricati fuerint. ¶ Uirides autem vel nigri si fiant: oz vt statim ad eos scalpellādos festinetur z velociter sunt scalpellādi: z adeo pfunde: vt ad carnē pueniatur. z sanguis ab eis fluere pmittatur donec p se restringatur. Ipsi q̄z interim in aqua stent cala. qd iō fit ne in ore venaꝝ: aut in vulnerib⁹ sanguis congelef z exire prohibeatur. ¶ Postq̄z aūt sanguis restrici⁹ fuerit: z ei⁹ minuitur fluxꝰ. epithima ex bolo armeno in aqua z pauco aceto dissoluto supponēdū est. z ibi p die vnā z nocte dimittēdū. deinde ex vino tepefacto. aut ex aqua z aceto lauādū. Post h q̄z sil'r bis aut ter epithimādū. Et advltimū pdicto epithimate tādiu vtēdū: donec loca denigrata videas iam esse facta dura z retenta. ¶ Q; si ante scalpellationē ad hoc puētū fuerit vt locoꝝ soluaf durities: z malū reddat odorē: atqz in putredinē vsa fuerit: scalpellatio iam tūc nullo mō pficiet. Nam necesse est oia q̄ fūt in ill' locis cadere. Quapropter auxiliū vt cadāt pbendū est. Qd velociter fieri pueniat: ne vsqz ad sanā carnē illi loco vicinā lesio pueniat. ¶ Multi tamē medici min⁹ astuti a pdictis locis cuti remouēt. z qd in eis putrefcm est cū ferro auferunt: lz nō ibi magna repiaf pcauitas: sz sit locus tenuis. Quapropter multotiēs neruos z chordas multū timorosos taliter opando extrahūt z distendūt z incidūt Vnde faciūt malas gñari egritudines. Caro nāqz putrida cum ferro a mēbro remouenda nō est. imo empl'm ex folijs sicle aut caulis coctis. z calido butiro ammixtis. et in modum panis pfectio fieri pueniat: z caliduz superponēdum est. Qd in die multotiens erit mutandū. ¶ Postq̄z aūt qd putridū erat ab eo ceciderit: z nigredo vel viriditas nullo mō remāserit: pfiderādum erit an putrefactio os ingressa sit vel nō fuerit. que si ipm ingressa non fuerit ex his que carnem creant: locus erit medicand⁹. Sin aūt ipa os ingressa fuerit: tunc erit necesse aut ipm radere. aut aliquā eius partē serrando auferre. aut totum os a iunctura remouere. Sermo autem de hoc est egrediēs ab intentione nostri tractatus: quoniā est pertransiens illum. quod ille facere potest qui non est huius artis: indigens medicante sciente pio.

¶ De immobilitate oculi ex niue z qui pre nimia niuis albedine videre nō potest. Cap. viij.

q **Uihanc** egritudinez suis pertimescit oculis accidere: nigris vestiatur idumentis: atqz caput pāno cooperiat nigro oculisqz sil'r pannū supponat nigrum. Qd ideo fieri pueniat: vt pānum oculus semper intueatur Aut in manu pannum teneat nigrum. quem sepe aspiciat. Omnes quoqz circa ipsum incedentes nigris sint cooperti vestimentis.

¶ De his preterea que ad hoc in vltimo conferunt est super oculos ligare rem qua pti in suis vti psueuerūt itineribus. Que. s. ex pilis texitur nigris qui de caudis animalium euelluntur. ¶ De adustione z dolore que accidunt in oculo ex frigore vel vento. Cap. ix.

q **Uandoqz** in hac dispositione oculo accidit ardor z dolor fortis: ac motionis palpebrarum difficultas: z ipsarum crossitudo. Unde oculus fortassis fit rubeus: z fortasse obtalmia fortis z mala excitatur ex ea. Quapropter summope ab his erit cauendum. Unde oculus quantum plus possibile fuerit: erit operiendus. z circa ipm pannus subtilis inuoluendus. vt ex eo nihil sit discoopertum: nisi qd est valde necessarium. ¶ Faciem preterea ab venti oppositione quanto plus poterit: remoueat. Qui etiaz si super oculum aliquid ligauerit in quo ante pupillam sit foramen: magnū sentiet remediū. Si aūt adeo magnū fuerit vt totam circūdet faciem: erit melius z maioris vtilitatis. ¶ Uinum quoqz bibere: hoc remouet malum semp. Uapozare autem oculos omni hora in hac dispositione: magnus est error. Oculus namqz cum ex embrocatione calefit impedimentum a frigore magis vltimū erit. ¶ Oculo aūt si quandoqz acciderit hoc qd diximus: confert. vt vapozem aque in qua frumēti pallea bullierit in faciere cipiat: aut faciem super sansuci cocti vapozem: aut anetī: aut camomille: vnuscuiusqz separatim: at oium simul' ponat. ¶ De his quoqz que ad predicta valde valent: est vt lapides donec rubei fiant igniantur: z in vinum vet⁹ mittantur: z nouum est magis vltimuz. Aut vinum sup lapides roretur: super cuius vapozem facies erit tenenda. ¶ Sternutatio etiā ad hoc remediū affert. Rubor autē si oculo acciderit: pperandum est vt de vena cephalica velociter sanguis minuaf. Post hec aūt in sequenti die balneū ingrediaf. Cui ad comedendū aliquid erit tribuendum z vinum forte z purum ad potādū dandū. Post quoꝝ acceptionē: diu erit dormiēdū. Q; si aliquid remāserit: tunc iteret embrocationē plus z magis vltime q̄z fecit: z reliquo regimine plus etiā excepta sola flebotomia erit vtendū. Uenter quoqz fortiter erit soluendus.

¶ De sanatione debilitatis z laboris magni. Cap. x.

o **Omnis cui** fortis labor ac fatigatio acciderint: cum ad ocium peruenerit: per horam vnam quiescat: deinde balneum ingrediatur. Si autem balneum non inuenerit: aquam calidam hora vna ingrediatur. Quod z faciat donec carolenis fiat z rubea. Cuius totum corp⁹ post hec leniter fricetur: z iuncture cum pollice quasi comprimendo palpētur. Postqz si hyems fuerit: ex oleo in quo anetum coctū fuit: aut camomilla: inungendus erit: et precipue ipsius iuncture. ¶ Estas vero si fuerit: cum oleo violato idem fiat: deinde vero quiescat z dormiat diu lectiq; augmentet mollitiem. z plura super se ponat operimenta. Cum autem a somno expergefactus fuerit: ad sui redeat fricationem: z ad balneandi vsum: atqz vngendi. deinde vero ad suum reuertatur vsum.

¶ De preparatione corporis ad ambulandum z regimine cibi in itineribus. Cap. xj.

q **Si longum vult** peragere iter: ante ipsius inceptionem flebotomari: ac medicinam ventris soluti-

uam sumere debet. Et precipue si longuz fuerit tempus ex quo neutrũ eorum peregit. Qui em̃ iter agere corpore mundificato voluerit: vix febres euadere poterit. Qd̃ si eas aliquãdo euaserit: qz eius corpus dissolutũ est atqz cutis rara: nõ euadet exituras: neqz pustulas: neqz alias apostematum species: neqz cartarũ. ¶ Et quoqz studẽdũ est vt consuetudinẽ suam in eã transmutet cõsuetudinem qua in itinere eũ vti oportet in cibo: aut in sõno: aut i motu. Si em̃ in itinere ipsũ vigilare necesse fuerit: z ante itineris inceptionẽ vt vigilet uti debet. ¶ Similiter comestionis hozã: ad hozã in qua in itinere se posse quiescere sciuerit pmutari debet. ¶ Exercitio quoqz atqz motu plꝰ solito vti cõuenit. Et uti vt absqz balnei vsu esse possit.

¶ Cum aũt ire inceperit: de medicinis qbus vti consueuerat secũ deferre debet. Usum aũt cibi quẽ in terra sua habuit dimittat. vt ex eis qbus vesci solitus erat: nullo modo comedat. Qui cibo multi nutrimẽti: z pauce quãtitatis vtatur. Neqz anteq̃z hospitetur et quiescat: comedat.

¶ Si aũt comestione multũ indiguerit: licet paruz sumat. non tamẽ totũ cibũ sibi necessarium: neqz totũ potum nisi postq̃z quieuerit: accipere presumat ¶ Olera vero precipue atqz fructus nullo modo accipiat. Hec enim ventrem absqz magno replent nutrimento: z in corpore humores crudos generant z malos. Si autem in tempore calido eis indiguerit: comedat ex eis sicut iam constituimus. Qi si in nocte necesse fuerit ipsum incedere: nõ erit ei cenandum: sed sue comestionis integritatẽ vsqz in tempus in quo se diu posse quiescere sciuerit: intermittat.

¶ A fastidio q̃z atqz motu: vẽtre pleno omnino abstinere debet. Hec nãqz apostemata generant et exituras. Balneo q̃z vti cum poterit: conueniet.

¶ De ablatione nocumenti ex diuersitate aquarum. Capitulum. xij.

o **Ehisque** nocumentum ex aquarum diuersitate remouent: est vt non simplices bibantur: sed vt cuiuslibet mansionis aqua cũ aqua precedentis tempetur mãsionis ipsam ei ammiscẽdo. Ad hoc q̃z valet aq̃s diuersas vino aut aceto mixtas: que secum deferat bibere. ¶ Impedimẽtum preterea diuersitatis aquaruz remouet: cepas. aut allia. aut lactucas cum aceto comedere. ¶ Uiatori iudem ad hoc confert: luium sue terre secum deferre. de quo cum quieuerit parum accipiat: z cum aqua misceat quam sic dimitat dõec lutum descendat: z aqua clarificetur ex qua postea bibat ¶ Aque autem male in quibus manifeste cognoscuntur qualitates temperari debent sicut dicemus. Aqua crossa z turbulenta clarificanda est: ipam multotiens de vno vase in aliud mutando. Qi si fieri nõ poterit per colatoriuz qd̃ ex farina tortellaz madefacta fit coopertum coletur. ¶ De his etiam que aquam colant: est vt bulliat prius. z postea infrigidetur z coletur. ¶ Ex his etiam q̃ ipsam colant est vt in ipam parum aluminis iameni triti pijciatur. hoc enim eam cito clarificat atqz colat. ¶ Salsa autẽ si fuerit aqua cum aceto erit bibenda: z xilocaracte nabatie in ipam mittende erunt. aut semen mirti. aut sorbe aut lutum chorasceni. Aut qui ea vti volunt: citonia cõedant. Citonia. n. ab aqua salsa nocumentuz remouet. ¶ Qi si aqua valde fuerit insipida. z oportuerit viatorem ea vti ipam in ollam mundam vitreatam. vel in vas lapideum ponat. cui ꝰ orificio ligna ex transuerso supponat. super q̃ velꝰ lane aut lanã carminatã mundã mittat Quibꝰ ita pactis ignẽ sub olla accẽdat: z qd̃ in illa lana colligit expti mẽdo colligat: z qd̃ ab ea manauerit: bibat. ¶ Acetuz q̃z aq̃ salse sapore repmit: atqz syrupus acetosus ad hoc vtil existit. ¶ Aqua vo si fuerit stans putrefactionẽ in se hns admixtã: cũ rob de fructibꝰ acetosis misceat: sicut est rob qui fit de succo vue acerbe: z granatoz z malozum. cum autem aquam illam in potu sumit. omnes calidos cibos dimittat. vinumqz nullo modo bibat: nisi fuerit cauha.

Hec. n. aqua stans. est id qd̃ velocius generare põt febre: q̃z res alia aliqua. ¶ Qd̃ si in aqua fuerit amaritudo eidum bibtur iulep admisceatur. aut çucharuz z comedat dulcia. ¶ Aqua aũt si ventrem soluerit: ea que vẽtris sũt constrictiua comedat: z econuerso. Et si in aqua fuerint res minute aut herbe in quibꝰ est acuitas z malitia cibos vnctuosos semper comedat. z ad ipsam colandam sit sollicitus aquam quoqz non bibat nisi paralisen. z precipue si in ea fuerint sanguisuge. ¶ Urina vo si ex aqua restringatur: vinum habens aquam admixtam in qua semẽ feniculi: aut apij coctum fuerit erit bibenduz. Aqua quoqz si fastidiũ fecerit cum rob granatozum erit bibenda. Et vt omnia comprehendaz considerandum erit quid ei accidat z ex eius contrario erit regendus.

¶ De mansionibus expeditionum vel eorum qui sunt in castris Capitulum. xiij.

l **Ilis qui** sunt in castris si estas fuerit in altis locis atqz in collibus manere debent. Tentoriozum q̃z hostia ad ventum septentrionalem vertere oportet: atqz vnum inter tentorium z aliud magnum est intermittendum spatiuz. ¶ Bestie q̃z quanto plus possibile est. elongande sunt. ¶ In hyeme autem sit ipsozum regimen huic contrarium. s. in locis maneant profundis. z ad montium ac collium radices tẽdant. tentoriozum etiã hostia ad meridiem z orientez vertant. z tentoria adinuicem coniungant. Si vero aer austrinus z humidus fuerit: dieta minuatur ac vinuz penitus dimittatur. sed exercitium ad incrementuz peruenat. ¶ Et si aer siccus fuerit. Huic contrariũ fiat. ¶ Qi si multi homines ibi egrotent: a castris separati longe maneant: ita vt non super ventũ sed sub eo statuantur. ¶ Et si in locis castrozum mala fuerint reptilia. quanto plus possibile fuerit: inde erunt eijciẽda. deinde vero medicamina erunt facienda: que ea a locis illis expellant et interficiant: que dicturi sumus. ¶ Herbe quoqz aut arbores male si ibi fuerint ex quibus odozes acuti aut nocini peruenianat: comburi debent. aut a parte earum sup ventum erit sedendum. Cibus preterea aut causa ꝓpter quã multi in castris egrotant: summopere est considerandus z que eis contraria esse possunt adhibenda: aut ipsa penitus admittenda.

¶ De regimine mare intrantium. Capitulum. xiiij.

o **Portet vt qui** per mare vult incedere rob de fructibus: atqz de medicinis quibus vti consueuit secum deferat aut anteq̃z mare ingrediatur: per aliquot dies comestionem qua vti consueuit minuere debet quo tempore cibo vtatur: qui fit ex his que stomachũ confortant. ¶ Ea quoqz die qua primum mare ingreditur: aquam non intueatur sed ea odorare atqz comedere paulatim icipiat que nauseam sedant: que in suo loco nominabimus. Quibus ita gestis: si nausea acciderit: atqz vomitus aliquotiens vomere permittendus erit. Hoc nãqz ei non nocebit. Si autem illud multiplicatur: de rob fructuum quasi sorbẽdo ac quasi lambendo bibat: z sumach ac granatozum grana. et his similia ei tribuantur. Quod si superfluus cum grauiter inuaserit vomitus: cum medicinis colerice passionis curetur.

¶ De prohibitione generationis pediculorũ z de destructione eorum qui generati sunt. Cap. xv.

a **Liquando ex** mutatione aque: z ex multo labore: et ex sudore: atqz ex sordicie: z paucitate balneãdi: z mutãdi pãnos: ꝓtingit corpꝰ z pãnos pediculis repleri. Hec q̃z sũt res q̃ viatori necessario accidũt. De illꝭ vo q̃ ista phibẽt ẽ vt studeat in vsu balnei z lauacri: et vt pãnos mutet quanto plus põt: z proprie vt pannus qui carni adheret sit lineus: tarde enim repletur pediculis. ¶ De illis aũt q̃ eos qui sunt generati interficiunt: est argentum viuum

extinctū qñ oleo admiscet: ⁊ ex eo cingulū ex filis laneis inungitur qd̄ sup se aliquis appēdit: aut quo cingit: aut folia açedaract: vel oleādri in oleū mittant ex quo patiēs inungatur: aut corpus singulis decem diebus ex arsenico rubeo: ⁊ stafisagria: atq; condisi: ⁊ baurach cū aceto epithimetur. qd̄ postq̄ quasi per horam vnam sic dimissum fuerit cum aqua calida lauetur. ¶ Panni p̄terea cum cōdisi: aut lupinis: vel folijs çadaract: aut artanitha: suffumigentur. Patiens q̄ ex oleo in quo terra argenti viui posita fuerit: aut in q̄ condisi missū fuerit: inungēd⁹ erit.

¶ De illis que prohibēt soob idest mutationem que fit in facie a sole vel vento. Cap. xvj

e **Thorum** numero est: vmbram facere et faciem ex panno operire. Q; si fieri non poterit: dragg. ⁊ amiluz: atq; gummi arabicum: ⁊ psilij mucilago: ac seminis citoniorum mucilago sumantur: ⁊ cum albugine oui: aut cum succo portulace misceantur: ⁊ facies in itinere epithimetur. Cū autē quieuerit lauetur. Et si hoc fiat aut ex vnoquoq; per se: aut ex omnibus simul. ad hoc valebit. ¶ Ad hoc ꝯtā confert tortellas in aquam infundere donec dissoluantur: ex quibus facies epithimet: aut epithimet ex albumine oui ⁊ dragg. ¶ Si autem faciei color mutatus fuerit: confert ei vt in nocte epithimetur ex ceroto qd̄ fit ex cera ⁊ oleo que ad solem per omnes dies caniculares morant: ⁊ cū adipe galine ⁊ farina ciceris. ¶ Q; si mutatio coloris faciei fuerit multa: ex sinapismatibus q̄ in tractatu de deco ratione noiauimus curanda erit.

¶ De illis q̄ phibent fissuras calcanei. Cap. xvij.

c **Amangulus** lachrymalis resudat: z cum premitur sanies z virus ab eo egredit fistulam pati intelligitur: q̄ cū cauterio curatur. De hoc tū loqui plus est: q̄z huic nostro attinet libro. Nos tamen iā et adiūgimus medicamē qd si adhibitū fuerit ipsam per multos menses adeo tardare facit: vt eger sanus videatur. ¶Medicamen autez illud. Rl. aloes thuris sarcocolle: sanguis draconis: balaustie antimonij aluminis: omniū partes equales ciniar quātū est quinta pars vnius fiant ex eis fief. Cumqz necesse fuerit: fistula in tantū premaf: vt qcquid sanies in ea continetur: egrediatur. Deinde infirmus suplatus in quo nō est fistula iaceat: de pdicto fief aliqd dissoluaf i aqua de quo in angulo lachrymali tres gutte aut quatuor inquimatiē tur: magno existente interstitio inter ꝓiectionē vnius gutte z alteri⁹. Quo facto eger ꝑ tres sic iaceat horas. ¶In mane q̄z sequēti die: similiter fistula bene premaf z fiat eadem cura. Qd ꝑ hebdomadā vnā fieri ꝓuenit: z etiam tamdiu donec nihil a fistula egrediaf cōprimif. Ex hac nāqz cura: locus multis mensibus siccus pmanebit. ¶De curis oculoꝝ quātū huic loco necessariū esse putauimus iam satis dictū est credimus. Alia vero qz sunt de curis q̄ ꝑ ferrū exercenf dimittamus: quia multis indigent medicaminibus. Sunt tamen quedā ex eis qui in locis in quibus de decoratione tractauimus z sanitatis custodia continetur.

¶De dolore qui fit in aure. Capm. xxxj.

f **I cum** dolore qui fit in aure fuerit in facie inflāmatio z pulsatio: sanguis ex cephalica erit minuendus: z oleum roseum aut oleū de floribus salicis tepidū cum pauco aceto imittendum: lac quoqz ita calidū vt ex mamilla egredif multotiēs distillādum erit. Cēter preterea ex mirabolanis citrinis. z scamen: z aloe vehemēter soluaf. Qd hoc mō fiet. mirabolanorū citrinoꝝ. z. xx. sumanf z puluerizati in duab⁹ lib. aq̄ coquātur donec ad duas vnius lib. tertias redeant z colentur. Post hec sumaf aloes. z. j. scamen sexta pars. z. j. aggregenf cum rob de citonijs: z fiant ex eis pillule: que ꝑ duas horas ante decoctionē sumāf: deinde bibatur decoctio. ¶Qd si dolor nō quieuerit: parū opij in oleo roseo resoluti in aurem mittatur: z si pulsatio redierit z tribus diebus pseuerauerit: oleum fisaminū in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aurem sepe mittatur. Ibi nāqz est pustula que maturatione indiget. ¶Cū autē dolor quieuerit putredo iam tunc collecta erit. Ideoqz pus subito ex insperato de aure egreditur. ¶Cum autem dolor in aure fit post fastidiosam sacietatē. Aut post ventos frigidos oleum in quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure distilletur. Aut oleum de lilio sumatur: z cuiqz. ℥. ex eo misceaf euforbij recentis. z. j. z castorei. z. j. ¶Sed si hō non suffecerit: venter ex pilis cochijs solnaf: patiens: q̄z balneū ingrediaf in quo etiā sudet. Cēnū q̄z vetus z forte et triquatur. ¶Si autem cum dolore auris fuerint sonitus z tinnitus atqz ventositas: panicū siue milium in sartagine torrefactū calidū: multotiens supponatur. Ex auris quoqz sup vapore aque in aqua sint cocta mentastrū z sticados arabicus z sansucus teneatur: de castoreo preterea z euforbio in oleo sambacino dissolutis: quorum vnum,

quodqz

qdqz quattuor grana ordei ponderet: in aurem mittatur.
¶De vlcere qd fit in aure. Cap. xxxij.

c **Vmpus** ab aure egredit: ydromel tepidum multotiens in vna die i aure est distillandū. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est imittendum: qd. ℞. sarcocollam: aloē. et sanguinem draconis thus: squamā fieri ciniar. Ex eo in aceto dissoluatur: et in aurē mittatur: z licinium melle illinitum in predictis intingatur: et sic immittat: patiens itaqz ex hoc medicamine z ydromelle medicetur: donec sanus fit.

¶De sonitu z tinnitu. Cap. xxxiij.

f **Ortasse** quandoqz cōtingunt ex subtilitate sensus auditus z eius claritate. Cuius signum est: qd in tempore famis augetur: et in hora ebrietatis et satietatis minuit. ¶Qd propria non indiget cura nisi supfluitatē obtineant. Tunc enim de opio dissoluto in oleo: immittendum est in aure: qztum duo ordei grana ponderant. Si aūt hec cū grauedine capitis et auditus debilitate affuerint oleuz de semine raphani: et oleum de amigdalis amaris: z oleū roseū in quo castoreum fuit resolutum: sūt immittēda. Auris quoq; super vaporem aque in qua sansucus sticados arabicū: absinthiū mentastrum: origanū cocta sunt ponenda sūt. Et venter multotiens ex pillulis cochijs est soluēdus: et cibaria minuenda: et vinum dimittendum.

¶De grauedine auditus. Cap. xxxiiij.

c **Vmin** auditu contingit grauitas considerādum est an sit ibi sordicies que vocatur cera que fit in aure que si inueterauerit. mūdetur: aut cū medicinis secundū qd diximus: aut cū cura manus.
¶Si autē sordes nō affuerint: z euenerit hoc post satietatem fastidiosam que eā precessit: aut egritudinē acutā: auris ponenda est sup vaporē aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interpositovsqz quo vapor ascendit. Qd hoc modo fieri cōuenit. Res iste in cucuma habente os acutū coquātur. Deinde traiectoriū ori cucume superponatur et ne vapor egredi possit: pannus obuoluatur: et auris super os traiectorij ponat. ¶Istud preterea seit in aurē mittatur. Qd. ℞. colloquintide. z. j. baurach tertiā. z. j. castorei aristologie rotūde succi absinthij. omniū. aā. z. s. costi quartā. z. j. euforbij sextā. z. j. fellis vacini qztū sufficit ad predicta cōficienda. Fiant ex eis seif. Cunqz necesse fuerit vnū in oleo de amigdalis amaris resolutū auri immittat. Hoc ei valde vtile existit dolori flegmatico z ventositati ac sonitui z tinnitui: qui ex grosso vento fuerit z surditati que est ex grossis humoribus.
¶Si autem debilitas auditus contingit post ieiunū aut vigilias: fueritqz facies extenuata: z oculi cōcaui eger balneū sepe ingrediatur: z largiori cibo ac potu vtatur: et in somno fiat pfundior: super caput quoqz aquā tepidā cuz oleo fundat donec sanet. Qd si post frenesim contingat ex medicinis primis curetur.

¶De vermibus auris z paruis animalibus ipsam ingredientibus. Cap. xxxv.

c **Vm in** aure fuerit titillatio z pruritus et dolor. Deinde ceciderit vermes ab aure: imittatur auri succus mentastri. ¶Aut de folijs perficorū. ¶Aut oleum de nucleis ipsorum. ¶Aut aloes in aqua dissoluatur: z immittatur. ¶Hec enī vermes auris et parua animalia ingredientia ipā: quādo erunt i aure z i vlceribus nascūtur interficiunt. ¶De eo qd i aure figitur ab exterioribus ingressum. Cap. xxxvj.

c **Vmaliquid** figitur in aure: oleum tepidum est immittendum: et patiens balneū ingrediens ibi morā faciat: donec corpus eius mollificet. Deinde naribus insuffletur cōdisi. et teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur forsitan enim sic egredietur. ¶Si autem fuerit difficile: z nō exierit: erit necesse vt cū ferro auri immisso extrahatur.
¶Qd etiā in naribꝰ est faciendū si quid eas ingressum fuerit: qd extrahi nō possit. ¶Qd si aq intrauerit capite ad partem auris illius inclinato saliat eger: z si nō exierit puocetur sternutatio vt diximus. Deinde tepidum multotiēs imittatur. Neqz hoc pro parvo est habēdū: et precipue si res malā habens qualitatē ingressa fuerit. Ex ea nāqz grauis sequetur dolor.

¶De sanguine ex naribus fluente. Cap. xxxvij.

e **Ris** que sanguinis ex naribus fluxū retinet est succus albedarugi cū camphora fuerit in eo dissoluta auribus immissus. ¶Cōfert enī ei qui hanc passionē incurrere solitus ē ante eā iniectus. ¶Aut in hora egestiōis. ¶Aut sumatur gipsū: cinis carte de panno: galle. sanguinis dra. caho. çegi: z puluerizata naribus insufflentur. ¶Aut licinū in eis intinctū mittat in nares. ¶Aut alumē tameni puluerizatū. vt alcohol cū amilo eiusdem quātitatis naribus insuffletur. ¶Qd si ad huc vehementer manauerit: superiores adiutoriorū ptes apud ascellas cum instita: z coxe apud inguina ligentur: et testiculi similiter sunt ligādi. ¶Si vero passio inualuerit flebotometur cephalica eiusdez partis de qua fluit sāguis. ¶Si autez nec hoc modo strictus fuerit: magne vētose cum igne supponatur ventri ab ea pte de qua fluit sāguis. ¶Medicamē qd vehemēter valet ad sanguinē constringendū. Sumatur calx alba z leuis qua vtuntur aurifices et sepe naribus insuffletur sine interpolatione: z licinū albumine oui inlinitū ea inuoluat z naribꝰ imittat.

¶De vlceribus nariū. Cap. xxxvij.

c **Vm in** naribus fuerint escare: cera et oleū ac adeps gallinaceus eis immittantur: et aquā calidam naribus in mane multotiens per aliquot dies odoret. Cumqz pustule egredi ceperint licinū aceto forti infusum in quo sal positū sit naribꝰ immittatur: ac sup eas similiter ponatur. Siccabuntur enī ex hoc et nō prolongabitur eorum mora. Qd si vlcera ibi affuerint: ex vnguento de cerusa curent.

¶De emorroydibus que nascūt in naribꝰ. Cap. xxxix.

c **Vm intus** in naribus caro supflua molli: et qsi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: et nares ingrossari ceperint: ac ex carne predicta repleri: cephalica prius erit flebotomanda: deinde licinū ex vnguento viridi qd in capitulo de corrodentibus carnē nominauimꝰ: linendum z naribꝰ erit immittendum. ¶Si vero istud nō suffecerit: medicamē acutum qd ibi descripsimus apponat: donec ex toto mūdificetur. ¶Hec preterea passio qnqz cū ferro curatur radicitus omnino incidendo. ¶Medici tamē quandoqz in hoc errant: nam ex eorum cura eger maximum incurrit nocumentū. In hoc nāqz loco cancer plerumqz exoritur. Verum cancer quādo in hoc nascitur loco: neqz acutas tolerat medicinas neqz incisionem que fit cum ferro. Immo indiget vt suauiter tractetur z medicaminibus lenientibus z flebotomia z ventris solutione curetur.
¶Cognoscitur autē an illud accidens sit cancer quia ē durus pertingens quandoqz vsqz ad palatuz. Sed cum nares ficce sint z dure: nec sit in eis humiditas aliqua: sūmopere cauendum est. ne hec egritudo: aut ei similis ferro: aut acuto medicamine tangatur. Sin autē qd in naribus exoritur caro mollis est: fluxerintqz ex eis humores: z cū nares stringuntur inueniuntur molles: z cum tanguntur tactus non sentitur solidus: nō est timendum qui ex medicaminibus acutis z ferro mederi possint.

¶De amissione odoratus. Cap. xl.

c **Vm sensus** quo odoranda precipiūtur amissus fuerit neqz in naribus caro supflua creuerit: z aer ita leuiter vt prius attrahitur: et oculi ac sensus naturaliter existunt naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis vt alcohol: qui si

at ex condisi et arthanita: ⁊ sale armoniaco.

¶ Egro quoqz precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autē hoc non suffecerit: qd̄ noiabimus naribus insufflatur. Cuius descriptio hec est. ℞. nigellis fellis gruis. colloquintide felle bori albi omnium. ana ptes equales. Puluerizentur et ponantur in vrine cameli arabici quātitate tanta que ea cooperire possit: et ponantur ad solem donec siccentur. Deinde fiant ex eis seis. Cumqz necesse fuerit: vnū ex eis lentis hūs magnitudinē in oleo sansucino intinctū narib⁹ immittatur. Optimum enim ad hoc existit.

¶ Si autē ex h̄ qd̄ naribus immittit fortis sequatur dolor oleum de semine cucurbite eis immittatur: ⁊ aqua calida super caput fundatur: et sorbeat calida ea que humectāt: vt ptisana: ⁊ qd̄ fit de aqua furfuris: ⁊ de farina ⁊ similia. Et hoc quidem est medicamē ad amissionē adorat⁹ probatissimū: qd̄ sic conficitur. nigella puluerizetur: donec fiat vt puluis: ⁊ misceatur cum oleo veteri. Deinde eger implens os suum aqua reclinet caput retro q̄to plus poterit: et tunc ex predicto medicamine aliquāte gutte naribus distillentur. Egro quoqz p̄cipiatur vt q̄tum et possibile est aerē extrinsecū interius attrahere nitatur. Qd̄ in tribus diebus trib⁹ vicibus fieri cōuenit. Si autem mordicatio superuenerit: fiat hoc qd̄ nominauimus.

¶ De dolore dentium. Cap. xlj.

r **Gingiua** cum dolore dentium fuerit sāguinolenta: ⁊ apostemosa: et rubea fueritqz apostematio cum pulsatione extrahatur sanguis cum ventosis flebotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deinde hora aliqua diu acetū ⁊ oleum roseū teneat: qd̄ postq̄z eiecerit: idem iterum faciat.

¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: ⁊ si ex hoc nō euanerit: fueritqz pulsatio vehemēs ⁊ cum inflammatione: cāphora ⁊ piretrum terantur: ⁊ in radicibus dentiuz ponātur. Cumqz dissoluta fuerint iterū mittantur. Cotum q̄z oleo roseo illinitum desup ponatur. ¶ Qd̄ si dolor aliq̄ndo augmentatur ⁊ vehementior fiat: opij sexta par s. ʒ.j. in oleo roseo dissoluatur. Ex quo cotum illinitum radici dolētis dentis adhibeatur. Si autem necdum sedetur: locus scalpellandus est: et sanguisuge supponende sunt.

¶ Gingiua vero si non fuerit sanguinolenta neqz apostemosa neqz dolor est cuz pulsatione: neqz in facie fuerit inflammatio aut dolor acciderit post fastidiū ⁊ satietatem ⁊ post cenā comeditqz ex cibo frigido multuz: venter egri ex pillulis cochij soluendus erit: et dolentiū dentiū radices ex hoc medicamine fricandi: qd̄ sic fit. Sumatur piretrū finap. scetaragi indi. baurach piper. çinçiber: et ex eis puluerizatis dentium fricentur radices. Cotum quoqz eis illinitum super dentium radices ponatur. Postq̄z eger os ex aceto in quo piretrū ⁊ mentastrum atqz origanum cocta fuerint colluerit. ¶ A foris preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum: sup maxillam ē ponendum. ¶ Aut ex piperis puluere melli commixto dēs et eius radix fricentur. ¶ Et si hoc nō suffecerit: in dentium radicibus hec tyriaca ponatur. que. ℞. castorei. asse. piperis. çinçiberis. storacis. opij. omniū partes equales. Conficiatur ⁊ administretur. ¶ Eger preterea p aliquantulum temporis a comestione abstineat mane atqz fame licus ingrediatur balneum: et vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferruz ignitum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corrosus fuerit repleatur ex medicaminib⁹ que nominabimus: et q̄ sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahentibus dētes ⁊ cōfringentibus. Ca. xlij.

m **Edicamen** qd̄ in dente corroso ponitur ipsius sedeat dolorē ac ipsū ꝛfringit. sumantur lrebilzegi: et piper: ⁊ trita ex alcatrano: conspergantur ⁊ impleatur ex eo.

¶ Medicamen qd̄ dentes debiles ac dolentes qui sunt ex trahendi eradicat. ¶ Cornices radicū mori: ⁊ radicū capparis: ⁊ piretrum: ⁊ lac titimali: atqz lac. añ. bulle: ⁊ arsenicum rubeum: et radix colloquintide sumantur: et trita ex tanto aceto qd̄ eis sufficiat conspergant. Acetum quoqz per hebdomadā vnam semel in die vt prius addatur Post hoc dentes in circuitu scalpellentur ⁊ ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: et sic extrahantur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: ⁊ postea extrahantur.

¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. Cumqz necesse fuerit: dentium radices scalpellētur. et ex oleo multotiens inunganť: donec facile moueri possint: postea cū instrumēto extrahendi dentes euellantur.

¶ De dentiū congelatiōe ⁊ stupore. Cap. xliij.

p **Portulaca** et amigdale amare masticentur aut his similia. Aut fiat fricatio cum sale et masticetur cera.

¶ De dentib⁹ qui dolent cū a re frigida tangunť. Ca. xliiij.

o **Leum calefactum** in panno desuper est ponendum. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiēs masticetur aut calidū panē multotiēs mordeat. ¶ Aut fiat fricati ex alsamo. aut ex oleo de liliofiluestri.

¶ De cola. Cap. xlv.

r **Ipustule fuerint** rubee sumāť. Antere amili: spodij lentium excorticatarum seminis portulace: coriandri sicci seminis sene de mecha: omniū ana. ptes equales camphore parum. Ex his puluerizatis fiat fricatio ⁊ cuz aceto mixta: ⁊ oleo roseo ⁊ aqua rosata in ore teneantur. et sanguis minutio cum ventosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cum sale ⁊ melle fricentur: ⁊ syrupus acetos⁹ in ore teneatur. aut almuri.

¶ De gingiuis sāguinolentis. Cap. xlvj.

c **Amex** gigiuis sāguis subtil assiduе manauerit vtriusqz arsenici. s. rubei et citrini: calcis: galla ℞. Aluminis oim partes sumantur equales: ex quibus puluerizatis et cum aceto mixtis parui fomentur trocisci. Cumqz necesse fuerit ex eis puluerizatis sumatur quantū est sexta pars. ʒ.j ⁊ fricenť gingiue ex eo optime: ⁊ pmaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseum in ore: Est enī hoc mirabile ad hanc egritudinē curandam ⁊ putredinem: ⁊ herpeten estiomenū qui est in ore.

¶ De casu vuule. Cap. xlvij.

c **Ameger** senserit aliquid radici ligue sue insistere: aut gutturi: ⁊ cum iubetur aperire os ⁊ extrahere linguam videtur vuula eius iam esse fluxa ⁊ elongata: ramech ⁊ sal armoniac⁹ sumantur: et bene puluerizata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: ⁊ ex eis in summitate predicti instrumēti aliquid ponatur ⁊ radici vuule cum eo dirigatur: ⁊ ipsa cum instrumento parū exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: ⁊ fiat ex eo gargarismus. Qd̄ si diu pmanserit taliter ⁊ elōgata fuerit. Eiusqz pars supior subtilata ⁊ caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauenduz tamē ē ne anteq̄z ita vt diximus fit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoqz sanguinis fluxus qui constringi non potest.

¶ De sanguisugis que ingrediunť guttur. Ca. xlviij.

Amaliquis in gutture suo titillationē senserit. et sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tūc sanguisugaz in ore esse: et precipue si aquam loci quo sanguisuge fuerint biberit. ¶ Os igitur egri est aperiendum: ⁊ lingua extrahenda ⁊ inferius premenda ⁊ guttur in sole est inspiciendum: et si sanguisuga in loco propinquo pendere visa fuerit cum forficibus quibus sagitte educuntur extra

henda erit. Qd hoc modo fiet caput a quo pendet ē strin
gendum ⁊ sic extrahatur.
¶ Qd si non fuerit manifesta eger multotiēs gargariçet si
napum cum aceto: quia de loco in quo est mouebitur.
¶ Aut fiat gargarism⁹ ex aceto ⁊ assa: aut ex aceto ⁊ sale.
¶ Nigella preterea ⁊ sinapis trita insufflentur gutturi: fi
at etiam gargarismus ex succo cepe.
¶ Si autem post eius casum remāserit egro sanguinis re
sudatio: fiat gargarism⁹ ex apoçimate in quo cortices gra
nati, ⁊ balaustie: ⁊ sumach cocta fuerint: ⁊ gutturi insuffle
tur puluis de balaustijs ⁊ thure et sanguine, draconis et
amido. ¶ Si autē sanguisuga stomacho ānexa fuerit: me
dicamina quibus vermes expellūtur sumātur in potu.
¶ Ex his etiam que sanguisugam exire faciūt: est vt eger
balneum ingrediatur ⁊ moretur in eo donec magnaz pa
tiatur sitim: ⁊ tūc aquam in niue infrigidatam frigidissi
mam scilicet in ore aliquādiu teneat. Cumqz ceperit tepe
fieri: eam expellat: ⁊ aliam sumat. Sanguisuga enī quan
doqz venit ad os frigiditatē querendo.
¶ De his que guttur ingrediuntur siue sint spine siue os.

c **Um illud** Capitulum. xlix.
quod guttur ingreditur et infi
gitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius
simile. De his que nō habent frusta scissa contenta
in eis aut acuta conferi plerumqz percutere egrum in col
lo. Posterius multotiens: ⁊ aquam sepe traijcere. Fortas
tasse enim descendet inferius. Eger quoqz balneum in
grediatur ⁊ oleum multotiens traijciat. qd postqz factuz
fuerit: magnos deglutiat bolos.
¶ Qd si non descendit instrumentum quo huic simile in
ferius duci consueuit: in os mittatur. Est autez instrumē
tum illud de plumbo: qd cum sit reti simile: est longū gib
bositatem in se habens.
¶ De grauedine lingue. Cap. l.

c **Um lingua** absqz alijs mēbris grauedi
nem passa fuerit: ⁊ eger ne
qz febrem: neqz acutam incurrerit egritudinez: sal
amoniacus: ⁊ piper. ⁊ çinçiber: ⁊ sinapis alba: ac piretrū
⁊ stafisagria: et baurach: atqz origanū. ⁊ sal induz: ⁊ nigel
la. ⁊ sansucus siccus: sumantur ⁊ in aqua coquantur: et fi
at ex eis gargarismus. Caueat tamē patiens ne ex eo ali
quid traijciat: aut eger ieiunus multis diebus gargariçet
almuri nabati. aut fiat gargarismus ex aceto ⁊ piretro.
¶ Postqz vero gargarisare cessauerit sumātur salis armo
niaci. piretri. piperis. sinapis. omniū ptes equales: et ex
eis bene pulueriçatis: lingua diutius fricetur.
¶ Qd si cū lingue grauedie audit⁹ ac reliquoꝝ sensuū gra
uitas fortis affuerit: fiat egri curatio scōm doctrinam qua
paralisis curatur. ¶ Si autē loquela in acutis febrib⁹ ag
grauata fuerit. ⁊ videris ipsam cū grauitate in loquela ex
tenuatā. ⁊ abbreuiatā ⁊ spasmatam: aqua calida ab alto
sup spondiles colli: ⁊ auris principia fundatur: ⁊ cū oleo
fricentur. Eger quoqz oleum tepiduz in ore tenere debet
et si diu est ex quo loquela minui nō cessauerit: vel etiā
semp considerandum est an ligamētum quo inferius lin
gua cōnectitur maius fit qz debeat. Qd si ita fuerit ex eo
parū est incidendū: ⁊ çegi pulueriçatum immittendum.
¶ De lingua q adeo tumescit vt os egrediat. Cap. lj.

c **Um contingit** linguam adeo inflari
vt pre magnitudie os
egrediatur: fricanda est ex cepis: aut ex citri aceto,
sitate. ¶ Aut cum ribes: aut ex granato acetoso donec sa,
lina multa ab ea profluat. Hoc nāqz modo detumescet: et
ad primā redibit mensurā. Si aūt nō sufficit: fiat fricatio
ex sale ⁊ aceto. ¶ Et sic necdū sufficit: fiat minutō ex vtris
qz cephalicis prius: ⁊ postea ex venis que sūt sub lingua:
¶ De glādula que sub lingua nodatur ⁊ vocatur ranula.

c **Um sub lingua** Capm. lij.
glādula nociua fue
rit in principio ex sale armoniaco ⁊ gallis fricanda ē. Si
autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolen
te fricanda est.: qd est medicamen acutum. Eger autē ace
tum ⁊ salem in ore teneat.
¶ De apostematibus accidentib⁹ in lingua. Cap. liij.

i **Sta eisdem** sunt curanda: ex quibus co
la quas supra nominauim⁹
⁊ sinantia sanant. ¶ De sinantia. Cap. liiij.

c **Um inglutiendo** sētitur angustia
adest passio que
sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas ꝗz an
gustie quātitatē deprehendi potest.
¶ Cumqz eū traijciendi angustia fuerit in facie ⁊ oculis ru
bedo ⁊ repletio: in principio curatiōis cephalica fleboto
metur ⁊ gargarismus ex succo granati muçi cū carnosi,
tate sua fiat. Aut ex rob mori de seni: ⁊ post hoc fiat garga
rismus cū aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Qd
postqz p tres dies sic factū fuerit infusū. Qd postqz p tres
dies sic sctm fuerit ⁊ vēter ex succo fructuū siē prunoꝝ: ta
maridi: cassiefistule: ⁊ tereniabi solut⁹ fuerit. fiat gargaris
m⁹ ex apoçimate ficuum citrinarū ⁊ passulaꝝ. Aut ex me
dulla cassiefistule cum idromelle. ¶ Qd si passio inuete,
rauerit: ex gargarismis ⁊ in sufflatione fortiuz medicami
num que dicturi sumus curanda erit.
¶ Si autē in facie nō fuerit rubedo fluxeritqz ab ore saliue
multitudo: ⁊ eger fuerit humectatus: in principio soluat
venter ex cochijs: ⁊ fiat enema ⁊ clisteri acuto qd in capi
tulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cum tamē passio in
ceperit: fiat gargarismus ex syrupo acetoso: aut cuz idro
melle ⁊ pipere ⁊ oximelle. ⁊ deinde ex almuri nabati. Fi
at etiam gargarismus ex idromelle ⁊ sinapi.
¶ De his preterea que male sinanchie cōferunt: est vt ex
venis que sunt sub lingua fiat minutio: ⁊ vt ventose absqz
scarificatione in collo ponantur. ⁊ epithimetur colluz ex
melle anacardino donec vesice in eo generētur: ⁊ fiat gar
garismus cū sinapi: ⁊ gutturi fiat insufflatio: ex hoc medi,
camine qd sic fit. Sinapis sal āmoniacus: piretrum: nitꝝ
assa piper mentastrum sumatur: ⁊ ex eis cum idromelle
fiat gargarismus.
¶ De tussi. Cap. lv.

c **Um tussis** acciderit. fueritqz aspera ⁊ sic
ca. ⁊ cum rubedine ⁊ calore
egro muroba violatū ⁊ ptisana tribuenda erunt
fabas quoqz excorticatas ⁊ spinachia cuz oleo de amigda
lis dulcibus in comestione accipiat. In ore vero sempte
nere debet pillulas bichichias. Aque autem quā bibit sy
rupus violatus est admiscendus. ¶ Confectio pillularū
bichichiarum. ℞. succi liquiritie çuchari albi. amboruz
ana. ʒ. x. amidi dragaganti: amigdalarū dulcium excotica
tarū omniū añ. ʒ. s. ex eis cum mucilagine seminis cironij
consperfis informētur pillule. ¶ Quod si cum tussi mul
tum affuerit sputum: ꝙ cum expuēdo expelli non potest:
nocumētum infert. sed neqz febris neqz vehemens ven,
tris solutio ipam comitant: ex his trociscis dandum erit
infirmo: qui: ℞. seminis feniculi. seminis abij. succi liqui
ritie: capilli veneris: amigdalarum oim partes equales.
Ex his cum mucillagine seminis lini cōsperfis informē
tur trocisci ex quibus. ʒ. iij. tribuantur. ¶ Doctionem au,
tem qua in hac egritudine vtendum est in capitulo de ca
tarro iam descripsimus: cui tamē. ʒ. s. capilliveneris sunt
addende. ¶ Qd si tussis antiqua ⁊ nociua fuerit adeo vt
egrum in nocte dormire nō permittat. Pillule storacine
sunt dande: que. ℞. mirre. storacis. opij. omniū ptes equa
les: informentur ex eis pillule ad lupinorū similitudinē:
ex quibus vna aut due patienti tribuant. In potu vero su
mat syrupum de papauere: ⁊ comedat semē albi papaue
ris cū çucharo. ¶ Qui hāc preterea patitur egritudinez
vitet in comestiōe acetosa: salsa pontica acria atqz amara.
¶ Suffumigium ad antiquam tussim ⁊ sputum fetidū: qd

℞.aristologie.mirre.storacis.galbani omniũ partes eq̃ les:arsenici rubei ad pondus omnium.Omnia pulueri cata ex butyro vaccino conspergãtur.Ex quibus magda leones ad pile parue similitudinẽ informẽtur:⁊ cũ necesse fuerit in ieiunio ex vno eorum per traiectorium suffumigetur.

¶De asmate. Cap. lvj.

c **Vm aliquis** assidue patiẽ tussim. et aerez attrahit. quemadmodum fit post cursũ.Aut post vehementem motum et cum iacet supinus est ei detertus.sed cũ sedet est ei melius.Decoctio ei danda est.que ℞ecipe ficuũ citrinarũ ʒ.x.dactilorũ maiorẽ hũiditatẽ habentiũ.semis apij.semis feniculi:capilliveneris.liquiritie.ysopi.prassij.omniũ aã ʒ.ʒ.coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeãt ad vnã ⁊ colentur.De hac vero decoctione tribus diebꝰ egro in potu tribuat.cum pondere duorum aureorũ hiuius confectionis.que.℞.succi liquiritie.ysopi capilliveneris.omniũ ana.ʒ.x.cordumeni. piperis amigdalarũ amararũ aristologie rotunde: seminis vrtice omniũ aã. ʒ.ʒ.mellis dispumati quod sufficit.

¶Hec enim cõfectio supfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit:⁊ est optima.Danda est itaq; per hebdomadam vnam continuo.deinde eger postq̃ comederit sinapi ⁊ mel:vomere cogẽdꝰ ẽ:⁊ venter ex his pillulis soluẽdꝰ q̃.℞.agarici ℊna or.xviij. collogntide interioris grana ordei.vj.elacterij.grana.iiij.succi liquiritie.ʒ.ʒ.fiat ex eis pillule:⁊ sufficiũt ad dosim vnaʒ.Post hoc quoqʒ iterũ redeat ad bibendam confectionem ⁊ decoctionem sumendam:⁊ postremo ad vomitũ ⁊ ventris solutionem vt prius. Hoc faciendũ est donec eger sanitati restituat. Interi tamẽ a cibis grossis ⁊ stipticis ⁊ acetosis abstineat.

¶De pleuresi. Cap. lvij.

c **Vm aliquis** sub costis suis dolorẽ sentit pungitiuum: ⁊ proprie qñ siccaʒ patitur tussim:⁊ febrit:expedit vt si dolor sup partẽ costarum ⁊ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor:nisi totũ corpus multo sanguine repletum fuerit.Tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. Egritudo quoqʒ si iam p aliqu or dies a sui principio infestauerint egrũ: flebotomia similiter a parte dolente facienda est.Qd̃ si dolor inferius ad partem costarũ posteriorum tendit vẽter ex decoctione quã in capitulo de reumatismo descripsimus ẽ soluendum.Melius tamẽ est vt flebotomia fiat.deinde aq̃ ordei cũ çucharo assidue tribuatur.Et si videris tussiẽ eius vehementis siccitatis:da ei in diluculo omni die iulep.deinde da ei in potu aquam ordei. Et si eger fuerit debilis nutriatur cum pane ⁊ ex çucharo.

¶Si autẽ fortis fuerit: aqua ordei vsqʒ ad diem quartum sufficeret.Cumqʒ screare ceperit.decoctionẽ quã in capitulo de reumatismo nominamus quotidie sumat anteqʒ aquã ordei bibat:donec sanetur.Si autẽ febris ⁊ acuitas pseuerent:⁊ eger in excreatiõe difficultatem patiatur:detur decoctio quã i capitulo de asmate nominauimus.qd̃ similiter est faciendũ cũ sanei fit excreatio.

¶Qd̃ si in principio passionis qd̃ excreat nigerrimũ: aut valde citrinũ apparet.⁊ sic pmanserit ⁊ febris nõ quieuerit neqʒ calor vsqʒ ad diem septimũ timorosum est.

¶Et si cũ hoc toto aeris attractio nõ alleuiet:⁊ in pectore fuerit oregmõ aut in maxillis rubedo ⁊ in oculis stupor mortis est propinquus.Si autẽ exterius in latere apparuerit rubedo:aut apostematio:⁊ cum premitur locꝰ dolet:ponatur desup ventosa aut emplastrum ex sinapi:et ficubus:⁊ dimittatur ibi donec locus vlceretur.

¶De his vero que ex errore stolidorũ ad augmentũ nocumenti accidunt hanc egritudinẽ patientibus:est qcuʒ dolor in principio sentitur sub costis extimant grossam fore ventositatem; ideoqʒ electuariũ diamuscũ aut ei similia egro tribuunt. eumqʒ omino interficiunt.Hec passio vocatur birsen.cuius causa est apostema qd̃ oritur iterius in costis ypocondriorum.

¶De peripleumonia. Cap. lviij.

c **Vm homini** superuenerit febris et in anhelitu tanũ patitur cõstrictionẽ vt se prefocari putet:⁊ in maxillis ita vehemẽs fit rubedo vt uncte videantur:⁊ anterior pectoris pars dolet ⁊ tussis adest:⁊ qd̃ cũ excreatiõe emittitur existit spumosum ⁊ in pectore sentitur grauitas sine pũctione ⁊ sine calore:cui omnia hec accidunt acutũ in pulmone patitur apostema:⁊ vocatur hec passio peripleumõia. In principio igitur curatiõis eius basilica minuenda ẽ. deinde eger ex eis quibꝰ medicat pleuresis curãdus est.

¶De sanguinis proiectione cum spumo sine vomitu et sine rascatione p os. Cap. lix.

c **Vm sanguis** cum rascatõe aut paruo vomitu qui fit sine tussi egreditur: nõ est egro inde timendũ. Poterit ei sanari gargariçando ea que in capitulo de sinanchia noiauimus:⁊ regimen subtiliando.Cum vomitu quoqʒ si exierit sanguis nõ magnum affert timorem.Curat nanq̃ hoc flebotomando egrum ⁊ si comederit stiptica sicut sumach ⁊ succus vue acerbe. In potu preterea sumat ex boliarmeni gũmi arabici balaustie sanguinis draconis thuris oium fiartibus equalibꝰ denẽ ex eo.ʒ.iij.cum rob simplici de citonijs.Quibusdam autẽ solet accidere sãguinis exitus cum interpolatione:ex quo nullũ sentiũt nocumentum immo remediũ:ideoqʒ sic est dimittendum.

¶Qd̃ si cum tussi supueniat sanguinis egressio.est timorosum.Est tamẽ incipiendum in curatione egri cum flebothomia ex basilica.Deinde ex trociscis istis in potu tribuendum.que.℞.thuris sanguinis draco.amborũ. ana.ʒ.iij.⁊ tertiã.charabe.ʒ.v.emathitis terre sigillate.amborũ aã.ʒ.x.alumis.ʒ.ij.⁊.ʒ.balaustie.ʒ.iij.opij.ʒ.ij.rauet seni.ʒ ij.ex his oibus fiant trociści.x.de quibus quotidie vnus in potu sumat cum succo oçimi maioris aut portulace.

¶Et si egritudo vehemẽs fuerit:alius circa noctẽ dandus est.Adiutoriorũ quoqʒ ac coxarũ ptes superiores sunt ligande ⁊ extremitates fricande.Pectus etiã precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis predictis cum aceto ⁊ aqua epithimetur.

¶Eius preterea cibaria succũ vue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis similia admixta habeant:⁊ patiens supinus tacẽs:de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶De ptisi. Cap. lx.

c **Vm aliquis** carniũ diminutionem patiatur videtur post tussim ex cronica passione ⁊ sputo sanguis aut sanei procedente lac asininum uʒ potu tribuatur.Qd̃ si inueniri non poterit caprinum: cum pauco çucharo dandum est. Cum quo etiam panẽ sepe comedat. ipsumqʒ q̃ʒto plus potest loco aque in potu sumat.Vinum tamẽ subtile ⁊ temperatum aliquãdo est tribuendum.Nutrimẽtum autẽ egri fit ex carnibus auium ⁊ edina. Eger preterea ante comestionem ⁊ post balneũ ingrediatur qd̃ nõ sit calidum sed tepidum:⁊ in semicupio moram faciat.

¶Summopere vero cauendum est ne venter soluat.Cui tamẽ si solutus fuerit:ex huius pulueris bibitione succurrendum est.que.℞.gũmi arabici:spodij:boliarmeni: seminis mirtini.omniũ.ana.ʒ.j.fiat ex eis puluis.de quo in die.ʒ.iij.cuʒ syrupo de papauere albo aut rob mirtino dẽtur:huius quoqʒ pulueris bibitio: omnibus ventris constrictione indigentibus qui tussim patiuntur remedium affert.Cui plerumqʒ addũtur xilocaracte de siria: ⁊ bdellium de mecha.

¶Qd̃ si lac egro febrem generauerit:auferendum ẽ ei lac et ptisana quousqʒ febris recedit danda.Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterum redierit; remoti

lacte ptisana est danda. Post cuius recessionē: vt pri⁹ ad lac est redeundum. Hoc autem semp est faciendum: Hoc cum necessitas viget ⁊ venter sumopere custodiēdus ne soluatur.

De tremore cordis. Cap. lxj.

Icum cordis tremore fuit pulsus velocitas et febris: eger ex basilica est minuendus: ⁊ trocisci camphorati cum succo malorum acetosorū in potu sūt tribuēdi. que. ℞. spodij: seminis cucumeris. citroli endiuie. lactuce. portulace. rosarū. sandali albi: omm partes equales: ⁊ pro vnoquoq; pondere aurei vnius ex eis sumatur camphore triū granorū ordei pondus. ex quibus cū succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus in potu quotidie vnius aurei pondus: q̄q; die tribuatur. qd̄ p duas hebdomadas fieri conuenit.

Si autem hec nō suffecerint lac de quo butyrū fit extractum: ad bibendum detur. Ipse vero nutriat ex pullis cū aceto ⁊ succo vue acerbe: ⁊ ex acetoso. Syrupus preterea acetosum de çucharo factum bibat.

Si autem cum cordis tremore non fuerit febris trocisci muscati in potu sumātur. qui. ℞. masticis. spice. xiloaloes cinamomi: gariofilorū: gallie muscate: nucis muscate: cubebe: cardamomi maioris ⁊ ibelobe. corticis citri. omnium ana. pondus vni⁹ aurei: musci sexta. ʒ. j. ex his omnibus cū vino redolente conspersis fiāt trocisci. Hi autē trocisci conferunt sincopi: ⁊ tremori cordis:

Electuarium diamuscum preciosū qd̄ ad sincopim et tristitiam: ⁊ cordis tremorem: ⁊ tedīū faciens. ℞. masticis cinamomi: seminis oçimi maioris: seminis oçimi gariofilati: semis mellisse: semis hisimbrij. seminis sāsuci: macropiperis: omnīū partes equales: ex quib⁹ omnibus pulverizatis. ʒ. x. sumantur: margaritarum minutarum corali rubei charabe: sete crude: been albi ⁊ rubei: folij: omnium ana. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. ß. conficiantur cum melle de muraba chebulorū. Hoc enim electuarium ad frigiditatem stomachi. ⁊ digestiue egritudinem optimum existit.

De passione colerica. Cap. lxij.

Amparuus dolor punctio ⁊ tristitia alicui supuenerit affuerintq; cum ea vel post ipsam vomitus ⁊ ventris solutio: aqua calida muuotiens continue in potu tribuat. et si adhuc pseuerauerit: vomitus ⁊ ventris fluxus aqua calida iterum detur. sedabit eni passio. Cū autē egritudo quieuerit eger balneū ingrediatur: in quo p vni⁹ hore spaciū moretur. Egressus autē de balneo: leui alatur nutrimento: deinde dormiat. Sed licet vomitus ⁊ vētris fluxus vehementes fuerint: ⁊ sinthomata terrefaciētia superuenerint. nō tamē est timendum: imo cum medicaminibus que ego nominabo succurrendum.

In principio itaq; trocisci de olibano cum aqua et niue et rob granatorum dentur semel. qui item etiā sunt dandi si vomitus nō cessauerit. Duoq; adiutoria ⁊ coxe in su supremis partibus ligētur: ⁊ aqua in niue infrigidata super crura ⁊ pedes fundat: ⁊ in ipam etiam mittant.

Venter q̄q; ex sandal: rob. camphora. gallia. aqua rosata conspersis epithimet. ⁊ pannus aqua rosata in niue infrigidata infusus desup ponat: qui postq̄; tepefactus fuerit est remouendus ⁊ ali⁹ vt p̄us desup mittēd⁹. Ad potādū aūt paulati tribuat vinū vet⁹ tpatū cū rob ḡnatorū ⁊ quando vomuerit iterū tribuat. Panē quoq; in succo granatorum infusum cogendus est sumere cum vino et comedere. Quē si vomuerit: iterum dandus est donec quiescat. Qd̄ si sincopis supuenerit muscus cum vino dare conueniens est. vim inferendo et succus carnis edine ⁊ pulline: cuʒ pauco citoniorū succo in vino mixtus: in potu est tribuendus.

Pulli preterea sunt assandi ⁊ ante nares ipsius discerpendi: ipsus etiā dandum est vt tp̄m, masticet ⁊ paulatim traijciat. Et postremo bolū corasceniū cum camphora cōditum tribuatur. Quicquid autē de hui⁹ passionis cura nunc vsq; diximus: donec vomitus sedet: ⁊ stomach⁹ cibum recipiat. fieri conuenit. Postq̄; vero stomachus ipsius recipere cibum poterit. Nutriēdus est eger: ⁊ parum vini veteris bene redolentibus in potu sumat: ⁊ dormire incipiat.

Trocisci de olibano ad vomitum dicti. ℞. boli corrasceni: thuris. amborū ana. ʒ. x. cucube: cardamomi amborū ana. ʒ. ij. ⁊. ß. camphore gallie gariofilo. omniū ana. sextā ʒ. j. fiant trocisci pondere aurei vnius. Hi enim vomitui multum conferunt.

Rob de grauatis: succus granatorū acetosorum sumatur: ⁊ per noctem vnā aut amplius dimittatur donec qd̄ grossum est in fundo resideat. Deinde coquatur ⁊ dispumetur dōec iulep similitudinē habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittātur: ⁊ in ipso manere dimittant quousq; ifrigidet. Cūq; infrigidatum fuerit: extrahant. Ad cuius similitudinem syrupus de citonijs ⁊ syrupus de malis macianis fieri cōuenit. Si autē vomitus hora aliqua nimis inualuerit et superfluerit magna ventosa stomacho supponatur.

De his que confortant stomachum: ⁊ ciborum pficiunt digestionem. Cap. lxiij.

Um stomachi debilitas cū pauca siti et tarda cibi a stō descensione: ⁊ acido ructu fuerit: fuerintq; omnia accidentia hec parua: neq; fuerint vetusta: stomach⁹ cum trociscis de rosis erit curand⁹. De quibus eger quotidie in mane pondus aurei vnius. ⁊. ß. cum. ʒ. j. decoctiōis de seminibus sumat.

Decoctio autē de seminib⁹ hec est. sumatur ciminū nabati. ⁊ ameos: ⁊ buliant in miua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cum trociscis de rosis: vt predictum est i potu tribuatur.

Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosarū rubearū. ʒ. iij. xiloaloes. spice. masticis. xilocasse. squinānti cinamomi. absinthij. omniū ana. ʒ. j. conspergantur ex vino veteri: ⁊ informētur trocisci. Nutriatur vero ex his que cito digerūtur ⁊ paucorū sunt humorum: ac paucarū supfluitatum: que etiā ex redolentibus ⁊ seminibus sint condita sicut sūt calagie ⁊ mutagenat. Ipse q̄q; ante comestionē multo viat exercitio ⁊ aqua minus soluto bibat et post comestionem multum dormiat.

De vino quoq; veteri ⁊ puro parum bibat totāq; nutricationem minuat: Qd̄ si hec accidentia vetusta fuerint electuariū diaciminī: electuariū diaolibani amborū aā. vnius aurei pondus. cum. ʒ. vna veteris vini puri in potu sumatur. Regimē autē eius sit vt p̄diximus.

Electuariū diaciminū. ℞. cimini carmeni. ʒ. c. çinçiberis. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. foliorū ruthe: baurach: panis amborum. ana. ʒ. x. Hec omnia cum melle dispumato conficiantur: ⁊ detur de electuario si venter strictus fuerit. Qd̄ si solutus fuerit venter: electuarium diaolibanum est dandum. Cuius descriptio in capitulo de ventris solutiōe cōtinentur. Si autem non suffecerit squama ferri cum vino tribuatur.

Scoria autem ferri hec est. Recipe. seminis apij. seminis feniculi: anisi. cimini. ameos: amiudē. origani. cheisim carui seminis coriandri: melanopiperis. macropiperis: cinamomi: thuris: spice gariofilorū nucis muscate: ciperi. çinçiberis: omniū ana. pondus aurei vnius: scorie aureos. x. omnibus sexcuplus vini addatur: ⁊ coquatur donec ad medietatē redeat. ⁊ colatur. deinde eger de hoc syrupo postq̄; colabitur pondus. ʒ. xxx. quotidie bibat: et nutricationem alleuiet. qd̄ per tres hebdomadas faciēs caueat sibi ab acetosis: ⁊ a fructibus recētibus: ⁊ ab aqua frigida: vinum vero mensurate bibat.

Emplastrū stomachum confortans ⁊ calefaciēs. ℞. sto

racem:spicam:squinantum.absinthiū: calamū aromati cum masticem. Ex his cum vino veteri ⁊ succo citoniorū cōspersis emplastrū sup stomachum ponatur.

¶ Ad hoc preterea confert: vt stomachus fricando inungatur ex oleo qd̄ fit de spica nardi ⁊ cipero: ⁊ vt lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta sup stomachū ponatur ⁊ cum panno ligetur. Eger quoq; vinum vetus bibat: aut miuam: aut ydromel.

¶ Miua autē hoc modo fiat: succus citoniorū muçouz sumatur: ⁊ p diem ⁊ noctem vt residere possit dimittatur ⁊ coletur. Deinde eius qd̄ clarū est partes due sumātur çucchari pars vna: vini veteris vna: ⁊ incipiat coqui suauiter et dispumari: donec in iulep similitudinē transeat: postea pro vnaquaq; libra ex toto sumantur çinçiberis: spice cinamomi. gariofil. omniuz ana. ʒ.j. masticis. ʒ.ij. omnia hec puluerizata in panno ligentur: ⁊ intus dum calidū ē mittantur. ⁊ cū infrigidari ceperit pannus extrahatur et exprimatur. deinde syrupus recondatur. ¶ Qd̄ si digestiue debilitas fuerit cum multa siti: ⁊ paucorū ciborū appetitu ⁊ fetido ructu: syrupus acetosus de citonijs bibatur.

¶ Syrupus acetosus de citonijs. Re. succi citoniorum acetosorum ptem vnā: çucchari albi ptem vnā: aceti clari q̄rtam ptem vnius: coquantur omnia simul donec inspissent.

¶ Est autē syrupus iste stomachi confortatiuus. ⁊ ad suas peragendas actiones iuuatiuus: ⁊ vehemētiā inflammationis ⁊ incensionis que in eo est sedat. ¶ Egri vero nutricatio sit res i q̄sit cōgregāt acetositas ⁊ stipticitas: vt ē caro cum succo vue acerbe cocta: ⁊ cū ribes: ⁊ frigida ex alphulem ⁊ amosofi et illis similia ex cibis.

¶ De isto preterea detur puluere pluries: vt trāsglutiat. q Re. rosarū rubearū. ʒ.x. spodij. ʒ.iij. seis coriandri. ʒ.s. dosis eius. ʒ.ij. cum succo granati muçi: ⁊ cū syrupo acetoso de citonijs. ¶ Si autē cū hoc qd̄ diximus fuerit in corpore extenuatio ⁊ inflāmatio: egro lac ⁊ aqua ordei dāda sūt.

¶ Ipse quoq; ex herbis humectantib⁹ est nutriendus vt sūt lactuce. malue. cucurbite. citroli. carnes edorū. ⁊ agnorum lactantium ⁊ pisces recentes.

¶ Balneū preterea anteq̄z comedat: ⁊ postq̄z comederit: et tinam quotidie ingrediat. ⁊ vinū clar̄ valde temperatum bibat: ⁊ assidue vtatur quiete. ⁊ motū ⁊ exercitiuz vitet: sitq; totum eius regimē vt eius qui corpis grossitiem adipisci desiderat: ⁊ si cuz hac dispositione: inflammatio fuerit ⁊ incensio vehemētissima: stomachus ex rebus frigidis erit liniendus: ⁊ aqua ordei danda. Sitq; eius regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore ⁊ apostemate stomachi. Cap̄. lxiiij

¶ Cum dolore stomachi adsunt tribulatio et nausea: egro aqua tepida in potu est tribuenda: ⁊ vt vomat precipiendū: ⁊ si hoc nō suffecerit: venter ex yera pigra soluat. que. Re. pulueris rosarū rubearū. spice. masticis. xilobalsami. carpobalsami. cinamomi. xilocassie. assari. omniū ana. ʒ.s. aloes scotrensis duplum omniū: qd̄ bene tritū cum alijs misceat medicinis tritis: ⁊ cum panno sericino subtilissimo cribellatis quarum trituratio cū aloe secundo iteretur. Cuius dosis sit a pondere duorū aureorū vsq; ad. ʒ.ij. ¶ Egro quoq; q̄tidie detur panis in vino ⁊ succo mali granati infusus: et in syrupo acetoso de citonijs. Qd̄ si cum dolore fuerit ructum multitudo ⁊ extensio atq; singultus: egro electuarium diaciminum: ⁊ de calaméto: ⁊ alie cōfectiōes que vē tositatem dissolucre consueuerūt: que in capitulo de colica nominabimus danda erunt. ¶ Libaria vero ei⁹ sint calagie: ⁊ mutagenat cum seminibus: vini veteris puri parum bibat: ⁊ vtatur motu. ⁊ ingrediatur balneū. Stomachus quoq; ex oleo de neriden. vt diximus in panno iuoluto vaporetur. ¶ Si autem cum dolore stomachi fuerit febris. ⁊ apostema manifestum: et cum tangitur sentitur calidus: eger prius ex basilica flebothometur: ⁊ loco dolenti duo superponantur sandali et rose: ⁊ cāphora cum aqua rosata: ⁊ succo citoniorum.

¶ Nutrimentū vero eius non sit nisi sola ordei aqua ⁊ custodiatur a carne ⁊ vino ⁊ confectionibus que de melle fiunt. ⁊ bibat succum granatorū muçoz ⁊ rob de fructib⁹ frigidis. Cumq; caloris veh emētia sedata fuerit: egro cassiafistula in succo endiuie dissoluta ⁊ bulita ac dispumata: ad bibendum detur. ¶ Cum autez egritudinis dies elongati fuerint. ⁊ calor omnino quieuerit si remanserit apoma cum duritie. Ex hoc emplastro epithimetur locus qd̄ Re. violarū ficcarū. ʒ.x. rosarum rubearū. ʒ.s. spice odorifere masticis: amborum aā. ʒ.iij. ciperi squinanti: calami aromatici: omniū ana. ʒ.ij. farine fenugreci. ʒ.xx. florum camomille. semis maluauisci albi. farine ordei. omniū. aā. ʒ.x. conspergantur omnia ex mucillagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplastretur ex predictis: per quattuor horas anteq̄z comedat: et postq̄z cibus fuerit digestus: ⁊ stomach⁹ fuerit euacuatus: ex oleo de neriden cum lana vt diximus vaporetur.

¶ Cōfectio olei nardini simplicis. Re. olei de ben. lib.j. spice. ʒ.s. masticis costi ciperi squinanti. calami aromatici: omnium ana. octauā. ℥.vnius. omnia hec puluerizata in predicto oleo posita ad solem per hebdomadaz vnam vasis ore clauso dimittatur. Deinde colentur ⁊ exprimantur feces ⁊ scophe que in manib⁹ remanserint emplastris adsceantur. Optime eni erunt. ¶ Cum autē apostema in stomacho inuetérauerit. trocisci de spica erunt dandi. qui Re. florum squinanti xilocassie: rauetseni: calami aromatici: spice omniū ana. ʒ.iij. croci mirre anisi costi piperis. omniū ana. ʒ.j. bdellij varij. ʒ.iij. masticis. ʒ.ij. amoniaci. ʒ.i. informentur trocisci: quorum vnusquisq; vnum pondere aureum. ex quibus vnus quotidie cū vino cocto det.

¶ Emplastrum quoq; istud fiat. quod. Re. bdellij mollis. ʒ.x. armoniaci. ʒ.v. seminis ben: seminis apij: amborū ana. ʒ.x. spice: masticis nigri: amborum ana. ʒ.v. cere: olei de neriden. ʒ.xv. gumme in vino dissoluantur. Deinde omnia coniungantur: ⁊ fiat ex eis emplastrum.

¶ Ad dolorem tamen stomachi ⁊ epatis curandum medicus valde eruditus est necessarius: qui ipsorum diligenter attendat dispositiones. Nos tamen aggregationes: ⁊ summas ad hoc conferentes tam diximus. licet inquantum potuimus in hoc abbreuiauerimus sermonē.

¶ De singultu. Cap̄. lxv.

¶ Cum singultus post grossi cibi comestionem: aut vini valde temperati bibitionez superuenerit aqua calida in qua ciminum et menta et mentastrū: et parum thuris bulierint: multotiens in potu erit sumēda: ⁊ egro vt dormiat est precipiendum. ⁊ venter vaporandus ⁊ ieiunandum est ei.

¶ Cum autem per multos dies a comestione abstinuerit iubendus est balneuz sepe ingredi. Deinde paucis cibis deficcantibus tamen est alendus: sicut sunt calagie: ⁊ mutagenat cum seminibus: ⁊ vini puri parum in potu tribuendum. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dandi sūt: qui dicūtur trocisci de thure: ⁊. Re. thuris. ʒ.s. enule. ʒ.iij. mentastri: foliorum ruthe sicce: amborum ana. ʒ.ij. seminemē. ʒ.iij. ⁊. ʒ.s. informentur ex his trocisci pondere vni⁹ aurei: ex quibus vnus in die cum in apoçimate ciminii tribuatur. ¶ Qd̄ si singultus post febrem acciderit: fueritq; cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua calida ergo multotiens dāda erit: non tamen repente sed paulatim. Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcib⁹ detur. Sponditles quoq; colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inungantur ⁊ fricentur: ⁊ mucillago psilij cū iulep: ⁊ succo granati in potu tribuatur.

¶ Singultui preterea et sternutationi confert retinere anhelitum.

¶De canino appetitu. Capl'm. lxvi.

Cum aliquis famē assidue patiat: ⁊ cibus post camestionē adeo graua t eū: vt aut vomere aut p inferiorē regionē ipsuz eijcere cogat: rici dandū est ei: qd dū cogtur ex liquore q fluit ab agno q̄n furno assat: ipinguat: ⁊ cauda ⁊ ei filia ex omni cibo q vnctuosus est ⁊ vinū vetus purū danduz est: de q̄ quātū poterit bibat. Deide p̄cipiēdū est ei vt euomat: ⁊ h regimie ꝓseruādus ē donec sanet. ¶Q; si neq; cibus eū grauat neq; ip̄m euomit: neq; p̄secessum expellit: carnes vaccine sunt dāde: ⁊ frumentū coctū vt puls: ⁊ rici cū lacte: ⁊ aquā frigidā in potu sumat: ⁊ in aere frigido moret. ¶Hac aūt egritudine laborās nil acetosum et stipticū neq; acutū comedat: ſz dulcibus ⁊ vnctuosis solū vtatur. ¶De dolore epatis. Cap̄. lxvij.

Cum quis male fuerit coloratus: ⁊ cum hoc malam habuerit formā. Habueritq; dolorē in dextro latere apd̄ castas posteriores: ⁊ fuerit ei⁹ malus color citrinus: ⁊ fuerit cū hoc in ore siccitas: ⁊ sitis vehemēs: aqua ordei: ⁊ succi herbaꝝ vt endiuie ⁊ solatri: ⁊ cuscuthe cū sirupo acetoso ex çucharo albo facto in potu tribuātur.

¶Emplastrū q̄z ex duobus sandalis: ⁊ rosis: ⁊ cāphora: ⁊ aq̄ rosata cū pāno lineo loco supponat. Qd̄ h mō fiat: pānus in p̄dictis inuolutus supponat. Cūq; tepere ceperit remoueat: ⁊ alius loco eius apponatur.

¶In potu p̄terea sumat granatorū succum: ⁊ robub q̄ infrigidare ꝓsueuerūt. ¶Hic q̄z a vino ⁊ a ꝓfectionib⁹ que de melle fiunt: sibi caueat: ⁊ a cibis calefaciētib⁹: ⁊ sumat trociscos de berberis: q. ℞. succi berberis. ʒ. x. seminis endiuie: citroli seminis portulace seminis omniū ana. ʒ. iij rosaꝝ. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. j. spice. ʒ. s. Informent trociſci pōdere aurei vnius: ex qb⁹ det vnus cū sirupo acetoso de çucharo: aut cū succo granati. ¶Lenter quoq; si necesse fuerit cū succo fructuū soluat: vt sunt pruna ⁊ tamarindi: ⁊ çucharo albo. ¶Qd̄ si malus color q est cū dolore epatis fuerit albus medius vz. inter eū q cū fluxibilitate: ⁊ eū q est cū tumore: fuerintq; cū eo vētris solutio ⁊ palpebrarū atq; extremitatū tumor trociſci d̄ rauetseni cū sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: q ℞. masticis: succi eupatorij: succi absinthij: seminis feniculi: anisi omniū ana. ʒ. ij. reuetseni. ʒ. x. iformēt trociſci pōdere aurei vnius ex quibus vnus in potu omni die tribuatur.

¶Sumāt p̄terea spica: mastix: ciperū squinatū: calam⁹ aromaticus: crocus: mirra. Deinde mirra et mastix in vino dissoluta cū alijs misceant: ⁊ ex eis emplm epati supponat. ¶Eger vo a cibis grossis ⁊ frigidis abstineat. Si aūt hec nō suffecerint: trociſci de lacca cū apoçimate de radicibus sunt dādi. Trociſci aūt de lacca sunt q ℞. lacce: rauetseni: ambox ana. ʒ. iij. spice: seminis apij: ameos: masticis: sgnanti: seminis iuniperi amigdalarū amararū: costi amari: rubee: succi eupatorij: assari: aristologie rotūde: gētiane: omniū aā. ʒ. j. ⁊ s. Informent ex his trociſci pōdere vnius aurei.

¶Apoçima radicib⁹. ℞. corticis radicū apij: feniculi amboꝝ aā. ʒ. x. seis apij: seminis feniculi: floris sgnāti: ameos oiuz ana. ʒ s. rosaꝝ rubearū: spice odorifere: amboꝝ ana ʒ. iij. coquāt in lib. j. aq donec ad tertiā redeat: ⁊ det in potu cū p̄dictis trociſcis. ¶Si aūt apata in epate fiāt eoꝝ cura erit vt apostematū que in stomacho generantur.

¶De ycteritia. Capl'm. lxviii.

Cum ycteritia fuerit febris succus endiuie ⁊ solatri ⁊ aqua ordei egro in potu tribuat. Ipse quoq; ex cucurbita ⁊ crisolocanna ⁊ citrolis: ⁊ his similibus herbis frigiditati attinētibus nutriendus est. ⁊ sirupū acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶Epati p̄terea emplastrū ex duobus sandalis est supponēdus: ⁊ venter ex succo prunoꝝ ⁊ çucharo soluēdus. Que si nō suffecerint: trociſci de camphora cuz succo granatorum dandi sunt.

¶Trociſci de camphora. ℞. çuchari spodij rosarū rubearum omniū. ana. ʒ. iij. seminis endiuie. seminis citrolorū cucurbite lactuce portulace seminū ex oibus sandali rubei omniū ana. ʒ. i. Informent ex his trociſci pondere. ʒ. ij. ex qbus quotidie vnus cū sexta. ʒ. vnius de camphora detur. ¶Si aūt eger venas habuerit plenas fueritq; diu ex quo minutus nō fuit flebotometur. ¶Q; si ycteritia fuerit sine febre: venter ex his pillulis soluatur: que. ℞. aloes. ʒ. i. scamonee quarta. ʒ. i. agarici partes duas. ʒ. vnius succi eupatorij tertia. ʒ. i. Ex his cum succo endiuie confectis: fiant pillule: sufficiēt ad dosim vnam. Deinde dentur trociſci de lacca cuz apoçimate de radicibus. ¶Si autez ycteritia in oculis remanserit eger fortissimū acetum paulatim olfaciat: ⁊ balneū ingrediat. ¶Eius quoq; oculis qui ycteritiā cum febre patitur: aqua rosata imittenda est. ¶Ycteritie p̄terea valde confert. vt eger p tres hebdomadas serum bibat.

¶De ydropisi. Cap̄. lxix.

Cum venter post epatis dolorē ⁊ febres augmentari ceperit: ⁊ qd̄ est ab vmbilico vsq; ad femur exterius p̄minuerit: ⁊ cutis q̄ ibi ē subtiliari: ⁊ albere visa fuerit: ⁊ cū vēter moueē audit sonus quasi aque in vase nō pleno mote. Et si cū his vrina fuerit rubea pua habēda ē fiducia: ⁊ ꝓprie si virtutis non affuerit fortitudo. Hic tamē si virtus fuerit fortis: ⁊ vēter vehemēt siccus pillule de rauet que recipiūt meçerion sunt dande.

¶Pillule auté de rauet sunt que. ℞. rauetseni. succi eupatorij. seminis endiuie. omnium ana. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. meçerion. ʒ. x. fiant ex his pillule: quarū dosis sit. ʒ. ij. ⁊ s. ex qbus quaq; hebdomada dosis vna sumatur. ¶Qd̄ si virtus debilis fuerit trociſci de meçerion sunt dandi. qui ℞. seminis endiuie. ʒ. x. meçerion. ʒ. j. ⁊ duas tertias: agarici succi eupatorij: similiter tantundem rosarum: seminis citrolorū: amborū ana. ʒ. ij. ⁊ s. Ex his omnibus fiant trociſci. x. de quibus vnus in die cū sirupo acetoso de çucharo dandus est. ¶Si aūt venter fuerit solutus: dentur trociſci de berberis cū sirupo acetoso. ¶Eger quoq; nutriatur ex cibregi: ⁊ bibat sirupum acetosum de citonijs. Et si ventris solutio vehemens fuerit: citoniorum rob solum dandum est. ¶Si autem cum hac passione non fuerit vrina rubea neq; calor: pillule iste dande sunt que. ℞. meçerion serapini amborum ana. ʒ. s. salis indi fini colū bini amborum ana sextam. ʒ. j. Pillule iste aquam vehementer expellūt. ⁊ descendere faciūt: trociſci p̄terea de lacca cū apoçimate de radicibus dandi sunt.

¶Emplastruz ascliti conuenienis. ℞. farine ordei ciperis stercoris ouini veteris: baurach boli armeni omniū partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima sup ventrem. Huius nāq; p̄oprietas est: aque magnam partem exiccare. ¶Q; si in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apostema molle: ⁊ testiculi apostemantur facieſq; ac totū corpus mollicie quadam teneantur: erit tunc ydropisis spēs que yposarcha nominatur. Egro itaq; hac laborantī: trociſci de lacca cum apoçimate de radicibus sunt tribuēdi. ⁊ venter quaq; hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus: ⁊ patiens in arena calida sepeliendus. Et p̄terea est p̄cipiendū vt exercitio vtatur: ⁊ famem ⁊ sitim sepe patiatur.

¶Si vero venter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cum percutitur sonum reddit vt tympanum: ydropisis species adesse significabitur: que tympanites dicitur. Quam qui patitur a comestione holerum abstinere debet: atq; eorum omniū que ventositatis sunt generatiua. Vēter quoq; omni die ex panico est vaporandus: et ventose super ventrem ponende: medicamina tumorez dissoluentia danda sunt vt diaciminū: electuarium de bacis lauri qd̄ in capitulo de yliaca nominabimus. ¶Eger p̄terea exercitio vti assue-

scat: ⁊ famem pati: ⁊ ex collirijs que ventositatē dissoluūt quorū faciemus mentionē sibi subijciat. Uenter quoqz cū mandili donec incipiat rubere: fricetur: ⁊ ex oleo rutaceo clisteriçetur.

¶ De dolore splenis. Cap. lxx.

¶ Icum dolore splenis fuerit calor: ⁊ vrine rubedo: ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat. Trociscī de agnocasto. ℞. seminis agnicasti tamariści seminis ambox ana. ʒ. x. seminis endiuie seminis portulace: amborū ana. ʒ. v. Ex his fiant trociscī: de qbus quotidie detur vnus cum sirupo acetoso de çucharo: cuius pondus sit. ʒ. iij. ¶ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flebotometur. Splen qz ex frusto filtri aceto calido infusi embrocetur ⁊ obseruet a rebus dulcibus ⁊ cibis grossis.

¶ Q; si cū predicta egritudine nō fuerit calor: egro trociści de capparis dandi sunt: qui ℞. corticis radicū capparis: seminis agnicasti. ambox ana. ʒ. x. scolopendire. ʒ. vij aristologie longe foliorū rute. seminis nasturtij. acori. nigelle omniū ana. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. iij. Armoniacū in aceto dissoluatur: ex quo cetera cōficiant: ⁊ informent ex eis trociści ponderantes. ʒ. ij. ex quibus vnus cuz sirupo acetoso de melle ⁊ apoçimate de radicibus in potu sumatur.

¶ Si aūt splen tensus fuerit: ⁊ cum premitur auditur sub eo rugitus. ex ꝑdictis trociściscū apoçimate de radicibus est dandum: ⁊ vinum vetus bibendū: ⁊ potus aque minoretur quantū plus possibile fuerit.

¶ Emplastrū ad duriciē ⁊ ventositatē q̄ est sub splene. ℞. foliox rute. ʒ. x. baurach. mentastri sicci. ambox ana. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. viij. armoniacū in veteri vino dissoluat ex quo cetera conficiant: ⁊ fiat ex eis emplastrū qd loco supponat.

¶ De colica. Cap. lxxi.

¶ Icum dolore ventris fuerit ipsius ꝓstrictio ⁊ nausea: sed neqz febris neqz calor affuerit ea ergo danda sunt que ventrē sine vomēdi desiderio soluāt: vt est electuariū de gallia. qd ℞. mastices gariofil. çinçiberis melanopiperis: macropiperis cinnami. nucis musca. gallie. omniū ana. ʒ. x. scamonee. ʒ. x. postea exprimant citonia acetosa ⁊ recēnia: ⁊ succus eox cum eiusdem quātitatis melle misceatur ⁊ coquatur vsqz ad spissitudinem paulatim ⁊ conficiatur ex eo medicamē qd tamen eiusdē sit qnantitatis cuius species sunt. cuius dosis sit a duabus. ʒ. vsqz ad. ij. ⁊. ʒ. ¶ Qd si nausee vehementia nō fuerit: neqz eger medicinas vomuerit.

¶ Pillule yliatice sunt dande: que ℞. collogntide: serapini: ambox ana. ʒ. x. scamonee. ʒ. iij. ⁊. tertiā. Informentur pillule. de quibus vnius aurei pondus est dandum. Uelociter enim passionez dissoluit yliacam. ¶ Si aūt passio yliaca difficilis fuerit neqz medicamina ventris solutiua ei ꝓtulerint. Hoc suppone colliriū. qd ℞. salis panis. ʒ. x. colognide interiozis scamonee: amborū ana. ʒ. ij. ⁊. ʒ. fiāt ex eis collirīa longa ⁊ supponant. ¶ Et si nō cōtulerit ex enemate leui clisteriçet: qd ℞. ficus citrinas quinqz furfuris q̄tū manu vna capi potest. in aluauisci. ℔. j. hec in panno ligata: ⁊ ficle folia. x. in duabus libris aque coquātur donec ad vnam redeant. deinde coletur ⁊ ponatur sucam baurach pondus aurei vnius: olei sisamini. ℥. j. ⁊ fiat clistere ex eo. Si quis autē fortius ⁊ acutius facere voluerit: pondus aurei vnius de collirio qd prius diximus admisceat. ¶ Clistere vehementer soluens quo tunc vtēdum est cum medicamina non cōferunt: neqz venter solnitur ℞. colognide interiozis. ʒ. x. cētauree. ʒ. v. bochor marē arthanita. ambox ana. ʒ. ij. mentastri rute origani omniū an a. ℔. j. oia in trib⁹ libris aque donec ad duas tertias libre vnius redeāt coquātur ⁊ colent. deinde dissoluant in ea allzitran: mellis: ambox ana. ʒ. iij. castorei: serapini: oppoponacis collirij qd ꝑdiximus. omniū. ʒ. ij misceant oia: ⁊ dū tepidū est: fiat ex eo cnema: ⁊ si squibalen nō exierit: ueret clistere donec exire vident. Hoc nāqz clistere admistrari debet cū res fortissima est ⁊ pessima: ⁊ in colica mala: ⁊ est illa in qua fit nausea valde vehemēs ⁊ inferius nihil egreditur.

¶ Huic preterea egritudini qnqz fetida superuenit eructuatio: ⁊ plerūqz stercus ꝑ os egredit: qd cum accidit sepe protendit mortē. ¶ Qd si cum ventris dolore non fuerit ipsius strictura: sed inflatio ⁊ rūgitus ac tensio in ventre existūt. Cōfectio de bachis lauri dāda est. ℞. foliox rute siccorum. ʒ. x. ameos cimini nigelle lzeisim origani carui alexandrini: seminis amigdalarum amararum: melanopiperis: macropiperis mentastri dauci acori bacharum lauri castorei. omniū ana. ʒ. ij. serapini. ʒ. iij. oppoponacis. ʒ. iij. cōficiant cū melle eiusdē pōderis. cuius dosis sit vt auellana vna: aut nabacca multis vicibus cum vncia vna vini calefacti: aut cū apoçimate de radicibus. Huic enim cōfectioni in remouenda ventositate ⁊ dissoluenda nihil equiparatur.

¶ Hoc pterea suppositoriū subijciatur: qd est ventositatis dissolutiuū. ℞. cimini foliox rute viridis amborum ana ℔. j. bucozmarē: arthanite ambox ana. ʒ. ij. baurach. ʒ. j. conficiantur ex melle: ⁊ supponat cum spongia vel lana. Hoc enim dissoluit ventositatē ⁊ inferius expellit. Uēter quoqz assidue ex pāno calido vapozandus est: ⁊ eger in tinam mittendus. ¶ Si aūt hec nō suffecerint ventosa cum igne imponēda est: ⁊ locus donec rubere incipiat fricandus. Post hec vnctio fieri ꝓuenit ex oleo rutaceo: et ex alijs oleis calidis: ⁊ ex eis clisteriçādus est eger postqz eis admixta fuerit: castorei euforbij ambox ana. ʒ. ʒ.

¶ Hanc vero solitus pati egritudinē: dū sanus est caueat ne vinū aqua mixtū bibat: nec etiā sumat vinū nisi purū ⁊ forte: neqz aquā multā bibat: ⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte: ⁊ omnibus inflatiuis.

¶ Filōiū faciēs yliosis cū maximo coartantant dolore. ⁊ timet ne sincopis egro supueniat vētositatē carminat: somnū puocat. ℞. pipis ameos foliox rute mētastri: castorei bacharū lauri cimini omniū ana. ℥. i. opij. mandrogore. tusgami seminis oium ana. ℥. ʒ. ficiant cū melle eiusdez quātitatis: det ex eo pōdus vnius aurei. Huic quoqz electurio additur plerūqz scamonee. ℥. tertiane. ⁊ fit tūc medicamē ventris solutiuū. ¶ Si aūt cū dolore etiā febris affuerit: cassia fistula in succo endiuie bullico ⁊ dispumato dissoluta: egro est danda: ⁊ sirupus violatus in potu est tribuēdus ⁊ nutriēdus est ex tafea cū oleo de amigdalis dulcibus condita: ⁊ ex leni clisteri clisteriçādus. ¶ Cum aūt locus doloris in ventre apparuerit grossus: ⁊ apostema habēs eger in ꝓncipio flebothometur. deinde cassia fistula cū succo herbax sepe dāda: ⁊ fit cibus eius cuius hic dolor ex cōsuetudine accidere solet: tafea vnctuosa cū çucharo ⁊ cum oleo sisamino: ⁊ abstineat a rebus stipticis ⁊ acetosis ⁊ cibis grossis ⁊ ventrem stringentibus

¶ Qui autem cum hoc dolore ventositatem pati solutus est. cibetur cum lzalagie ⁊ mutagenat conditis cum seminibus: ⁊ abstineat ab holeribus ⁊ lacte ⁊ ab omnibus que inflant. Et bibat vinum forte ⁊ non viciatum. Aut ydromel cum speciebus que pro condimento ponuntur: vt piper quas dicemus.

¶ Ydromellis confectio. ℞. mellis mundi lib. j. aque lib. vi. misceantur ⁊ coquātur diu: ⁊ spumentur bene donec fiat ad similitudinem iulep. Cumqz hoc factum fuerit in vnaquaqz libra ex eo mittantur. ʒ. ij. piperis pulueriçati in pāno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius: ⁊ cū infrigidantur extrahatur pannus ⁊ exprimatur: ⁊ cū necesse fuerit propinetur.

¶ Confert etiam cui hec passio ex ventositate ⁊ grossa superfluitate accidere solet: oleum de chertia recenti cum apoçimate de seminibus sumptum. ¶ Apoçima autez de seminib⁹ est hoc. ℞. ameos cimini cheisim carui origani nigelle oium ana pugillum vnū. ¶ Istis admisceant aq lib. iij. ⁊ coquantur donec redeant ad libram vnam ⁊ me

diam. De hoc itaq; apoçimate sumãtur. ℥.ij. quibus. ʒ.iij. olei de cherua addantur: ⁊ multis diebus bibant. ¶ Si cui dolor iste cum caloze superuenerit: pruna. xx. ⁊ ficus citrine. v. ⁊ passarum enucleatarũ. ʒ. v. sumant ⁊ coquãtur ⁊ colentur. deinde cassia fistula in eo dissoluta coletur cui oleũ amigdalinũ admisceatur ⁊ sumatur: ⁊ ex apoçimate qd̃ in capitulo de reumatismo diximus in potu tribuatur. Venter vero si multũ fuerit siccus: predicto apoçimati addat pollipodij turbith: ambox añ. ʒ.ij. ⁊ coquãtur cum eo: ⁊ detur donec venter soluatur. ¶ Cum autem solutus fuerit remoueatur polipodiũ ⁊ turbith.

¶ Electuariũ qd̃ ventrẽ soluẽs inflationẽ resoluit ⁊ graue dinem. ℞. turbith albi fricati ⁊ pulueriçati. ʒ. xx. çinçiberis. ʒ. x. çuchari. ʒ. xxx. hui⁹ pulueris. ʒ. iij. ad bibẽdũ dent.

¶ Pillule de quibus cum quis ventrem soluere voluerit vnã sumere debet que appetitum excitant ⁊ inflationem reprimunt ⁊ grauedinem ⁊ cibum digerunt. ℞. masticis çinçiberis: cinamomi: gariofilorum: neheremisi. melanopiperis: macropiperis. scamonee. violarum. çuchari omniũ ana. ʒ. j. fiant ex eis pillule ad magnitudinẽ ciceris ⁊ sumatur vna: monet enim semel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Capm. lxxij.

c Vm cibus in stomacho more solito non moratur: imo citius egredit non mutatus nisi parum fuerit: cum hoc mordicatio ⁊ dolor in ventre ⁊ sitis: cum quo etiam plerũq; adest ventris fluxus in quo ante comestionẽ inuenit purulentum: detur egro rob de succo vue acerbe: aut de succo ribes. aut de succo granatorum cum spodij rosarum ambo rum. ana. ʒ. j.

¶ Trocisci quoq; de spodio constrictiui itidem tribuãtur.

¶ Nutriatur vero ex adesia citrina: ⁊ pullis cum aceto coctis: ⁊ assatis ⁊ in succo vue acerbe positis.

¶ In potu autẽ sumat sumach cum aqua rosata: ⁊ deinde nutriatur ex cibo: cui admiscetur sumach: qui vocatur sumachia. ¶ Totũq; eius regimen ad hoc perducatur vt in frigidare possit ⁊ constringe. Q; si non fuerit cum eo mordicatio in ventre: neq; qd̃ egreditur pus habet admixtũ: sed est viscosum: ⁊ adest inflãmationis paucitas: ⁊ pauca sitis. ⁊ rutus acidus. Egro ficia ⁊ sinapis ⁊ pisces saliti tribuantur. Deinde cogatur ea vomere sumendo salẽ ⁊ mel ⁊ anetum coctum. Que si non suffecerint. Medicamẽ qd̃ expellit flegma tribuatur. ¶ Qd̃ ℞. aloes. ʒ. j. coloquintide interiores. ʒ. iiij. salis indi. ʒ. iiij. turbith. ʒ. j. Ex his fiant pillule: ⁊ sufficiunt ad dosim vnam.

¶ Vomitu preterea sepe vtatur: ⁊ cibaria quibus vtitur in almuri perso intingãtur ⁊ comedat sulcita que sale cõdiuntur: ⁊ que acrimoniã habent: que appetitum prouocare consueuerũt. ¶ Si autem cum hoc qd̃ diximus nihil egreditur qd̃ sit supfluũ: neq; qd̃ expellitur aliquid purulentum vel flegmaticum habet admixtum: egro vinũ purum ⁊ forte tribuendũ est: ⁊ diaolibanũ dandum: qd̃ ℞. olibani. ʒ. x. piperis ameos spice keisim nisi nigelle: omniũ ana. ʒ. ij. balaustie. ʒ. x. mellis dispumati qd̃ sufficit ad cõficiendũ: detur ex hoc in potu: q; stomachum calefacit ⁊ vehementer deficcat. ¶ Apoçima quoq; de senibus qd̃ in capitulo colice passionis noiauimus detur ⁊ assuescat in potu sumere vinum purũ. ¶ Si vero cibus nõ egreditur sed res subtilis ⁊ alba ⁊ aquosa: cũ q̃ sunt ea que epatis significant debilitatem: egro tribuant id qd̃ fit de scoria: ⁊ diaolibanũ: ⁊ trocisci calefaciẽtes epar quos nominauimus ⁊ electuariũ diacalamentũ. qd̃ ℞. foliox rute foliorum calamenti siccorum: ameos carui leuistici çinçiberis. cinamomi macropiperis: omnium partes equales conficiant cum melle cocto: ⁊ dentur alia medicamina que noiauimus in capitulo epatis: ex his que ipsum calefaciũt. ⁊ confortant. ¶ Si autem cum predicta egritudine non fuerit significatio debilitatis epatis: immo qd̃ egreditur cum fluxu subtile est ⁊ albuʒ ⁊ fiat in stomacho grauitas: puluis de granatis ad transglutiendũ dandus est: qui ℞. ossiũ granatox acetosox assatox tritox vt alcohol. ʒ. c. carui. se. coriandri: ambox aceto acerrimo infusorum: ⁊ postea assatox. ana. ʒ. xx. xilocaracte. sumach balaustie. omniũ ana. ʒ. x. pulueriçentur optime ⁊ cõmisceantur: ⁊ detur ex eis puluis ad transglutiendũ. ¶ Electuariũ q̃ʒ qd̃ dicit cãçi dek. qd̃ ℞. arillox passarũ tritox vt alcohol lib. j. mirtillox siccox pulueriçatox vt alcohol lib. ʒ. xilocaracte nabati balaustie: se. tamarisci ameos omniũ ana. ʒ. x. ꝓficiant cũ melle de cana mellis aut cũ melle apum optime dispumato: ⁊ ex electuario sumatur. ¶ Si aũt qd̃ egreditur citrinũ fuerit: ⁊ anũ mordicat: ⁊ eger sitim patiatur ⁊ febrẽ: trocisci ꝓstrictiui de spodio: ⁊ aqua sauic ordei dentur. ¶ Trocisci constrictiui de spodio. ℞. rosarũ rubearum: spodij. ambox ana. ʒ. x. seminis aceto se: sumach: balaustie: gũmi arabici: omniũ ana. ʒ. v. Informẽt trocisci pondere. ʒ. ij. quox vnus cũ. ℥. de rob citoniox simplici sumat: aqua vo sauich ordei quã diximus ita fit ordeũ fractũ in aqua ipm coopiente buliat donec eq̃ inspisset. deinde coletur ⁊ bibant ex ea. ℥. iiij. cũ tribus. ʒ. spodij: ⁊ gũmi arabici eadẽ quãtitate. ¶ Qd̃ si ex fluxu vẽtris euenerit excoriatio puluis de bolo ad trãsglutiendũ det. qui ℞. psilij. ʒ. xx. seminis plãtaginis. ʒ. x. gũmi arabici boli armeni ambox ana. ʒ. iij. psiliũ asset ⁊ gũmi: ⁊ bolum pulueriçet ⁊ cõmisceat: ⁊ sumant in potu ex eo i mane. ʒ. iij. cũ rob de citonijs ⁊ circa noctẽ tantundẽ. ¶ Cib⁹ vero eius sit pulmentũ factũ cũ granis granatox ⁊ passis cũ aqua ⁊ aceto: ⁊ cibus factus cũ succo vue acerbe ⁊ sumachia ⁊ tafea admiscet succ⁹ sumach ⁊ his silia cibaria.

¶ Trocisci de balaustijs q̃ continue ꝓferũt diarie dandi sunt: cũ fluxus fuerit supfluus: siue habeat sanguinẽ admixtũ siue non. ¶ ℞. gallax siliquarũ nabati. seminis tamarisci olibani: balaustie: omniũ partes eq̃les: opij gũmi arabici ambox ana ptẽ mediã. Informent trocisci pondere. ʒ. ij. ex q̃bus vnus cũ vino sumat. Si neq; calor assuerit neq; febris. Sz si febris affuerit cũ rob de citonijs acetos. sumat q̃ tunc dandi sunt: cuʒ ventris fluxus supfluus fuerit.

¶ Trocisci ad tenasmon: qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit: ⁊ ventositas erit nociua: ⁊ sonitus. ℞. seminis iusquiami albi: seminis aneti: seminis feniculi. omniũ. ʒ. ij. ameos. ʒ. ij. ⁊ ʒ. ij. opij. ʒ. iij. seminis apij ʒ. x. fiãt ex trocisci de q̃bus pondus vnius aurei in potu sumat. ¶ Confectio de storace q̃ antiq̃ vẽtris fluxui ꝓferẽs ac tenasmoni: cũ neq; febris neq; calor affuerit: ſz erit vẽtositas nociua dãda est ℞. castorei: opij: assari: storacis liquide: mirre: se. iusquiami nigri thuris omniũ partes eq̃les: mellis qd̃ sufficit ad specie ꝓfectionẽ. cuius dosis sit. ʒ. ij. vsq; ad tres.

¶ Si aũt postq̃ʒ tenasmõ decẽ trãsierit dies nõ visa fuerit medicamina ꝓferre: ⁊ eger supra pectinẽ sentit dolorem: redeundum est ad clistere.

¶ Clistere ꝓstrictiuũ. ℞. pãnici excorticati: lentiũ excorticatarũ rosarũ siccax: balaustie coplax gladiũ oiuʒ ana. ℔. j. oia in. iij. lib. aq̃ coq̃ntur: donec ad librã. j. ⁊ ʒ. j. redeãt. ⁊ colent. deinde sumant ceruse: cineris papiri babilonici: aut cineris papiri: amborũ ana. ʒ. j. boli armeni. ʒ. ʒ. vitellus oui vnius assati durus: olei rosei. ℥. ʒ. Ex his oibus in ꝑdicto apoçimate fricãdo dissolutis clisterizet eger semel aut bis. Q; si tenasmõ fuerit lõgitpis in quo nõ egredit sanguis: ſz rasura alba mucillagini silis. Medicamẽ putredis qd̃ in capito de cura gingiuax putridax noiauim⁹ dandũ est. Ex q̃ in apoçimate eox qd̃ noiauimus fricato dissoluto clistere set aut bis fiat. ¶ Et si ex vẽtris fluxu in ventre vehemens mordicatio secuta fuerit: clistere fiat ex oleo roseo tepido. Si aũt nullo mõ mordicat: clistere fiat ex illo medicamine. multotiẽs addat donec sanet.

¶ Epithima de quo venter cum fluxus superfluit ⁊ virtus est debilitata liniẽdus est. ℞. gallie acatie cipi mirre gallarũ cipressi thuris omniũ ptes equales. Ex his oibus vino veteri aut succo citoniorũ conspersis liniatur venter.

huic quoq; qñq; additur panis biscoctus de suria. ¶ Si aũt cũ hac egritudine fuerit calor: epithima fieri cõuenit ex duob⁹ sandalis: ⁊ rosis: ⁊ bolo armeno: ⁊ faufel ⁊ gall'. ⁊ pane biscocto cũ succo macianoꝝ ⁊ citonioꝝ ⁊ mirtino. ¶ Qd̃ si eger vehemẽter patiat tenasmõ: ⁊ sepe vadat ad sellã: ⁊ tñ nihil egrediat: colliriũ istud subijciatur. Est enĩ mirabile ad sedandũ tenasmõ: quod ℞. thuris: luij: croci: gũmi arabici: omniũ añ. ʒ. j. opij. ʒ. ij. informent colliria ⁊ supponatur.

¶ De difficultate mingendi. Capl'm. lxxiij.

¶ Um vrina minuit aut ex toto retinet neq; in femore apparet tumor: neq; grauitas neq; dolor in renibus sentitur. succurrendum est ex medicaminibus vrine puocatiuis que noiabimus. ¶ Vnũ quoꝝ est hoc qd̃ ℞. semis apij: nitri: rubee tinctoꝝ: olixatri seminis iuniperi: seminis assari: ameos: seminis feniculi: spice amigdalarũ. seminis melonis. omniũ añ. ʒ. x. cantaridarũ quarũ capita ⁊ ale abscisa fuerũt. ʒ. j. armoniaci. ʒ. iij. armoniacũ in vino dissoluatur: ⁊ alie species ex eo conficiant. Ex quibus fiant forme auellanis similes de qbus sumant ab vna. ʒ. ad. iij. ʒ. hoc enĩ medicamen valde confert corpori cum dissolutionẽ patitur: ⁊ laxitatẽ: ⁊ yposarche: ⁊ ad expellenda oia accidẽtia: causa quorũ corpus deficcari opʒ. Qd̃ si cõtingat mingẽdi difficultas ex casu aut percussione in femore: aut in ano: aut in eorũ circuitu eger ex basilica minuat. deinde aqua calida loco sepe supfundat: ⁊ vsq; ad spaciũ medij diei ex oleis fricetur. Egro q̃ʒ precipiat vt vrinã expellere nitat. ¶ Si aũt mingẽdi difficultas ꝓtingat vesica existente plena et extensa: ⁊ fit hoc post sanguinis aut sanies mictũ: medicamina que trombos sanguinis: aut pus qd̃ in vesica generatur soluere cõsueuerũt: ⁊ liquare: danda sunt. ¶ Medicamen qd̃ trombos sanguinis aut sanies que in vesica fit dissoluit. ℞. cordumeni mirre rubee. de qua tingitur. seminis iuniperi armoniaci: asse omniũ ptes equales. Armoniacũ dissoluat: ⁊ informent pillule ex alijs spẽbus ex eo confectis. de quibus quater in die sumatur cum apoçimate de seminibus qd̃ noiauimus. ¶ Sirupus etiam acetosus ex forti aceto factus multotiẽs detur. ¶ Per siringam ꝑterea imittat in vesicam aqua in qua dissolutus fuit sal: aut aqua cineris: ⁊ ista est confectio aque que fit de cinere. ¶ ℞. cinerẽ de ilice cinerẽ de vitib⁹: cali. calcẽ. Hiis oibus admisceat tñ aque vt ex ea cooperiri possint: ⁊ dimittant sic per tres dies. deinde colent ⁊ per siringam in vesicam inijciatur. ¶ Herba quoq; croci hortulani ⁊ esula cocta supponant. ¶ Tinam ꝑterea assidue ingrediatur in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla sticados arabicus sansucus sinfibriũ aut in qua extremitates caulium ⁊ esula: ⁊ fimus colũbinus cocte fuerũ. ¶ Eger in decoctione eaꝝ sedeat: ⁊ ex herbis istis sic coctis fiat emplʼm super femur ⁊ partes ei circũadiacẽtes: ⁊ dũ in tina morratur sumat in potu q̃ vrine puocatia existũt. Et si hec oia nõ profuerint ad instrumentũ cũ quo vrina puocat est recurrẽdũ. ¶ Si aũt mingẽdi difficultas post lapidis signa affuerit: eger supinus iaceat: ⁊ pedes ei⁹ diuersis modis ⁊ fortiter patiendi sunt. Et si vrina non egressa fuerit oportebit vt cũ instrumẽto curet ꝑ qd̃ mẽbro imissuʒ fit impulsio Cauendũ tñ est ne virge immittat: cum est ibi apostema. Ad difficultatẽ quoq; valde ꝓfert sepe ingredi tinam: et vngere loca ex oleis ⁊ medicamina vrinã puocãtia in potu sumere ⁊ abstinere a nutriẽtibus acetosis: ⁊ ponticis ⁊ crossis.

De lapide. Capl'm. lxxiiij.

¶ Um eger virgã sepe fricat ⁊ manu tractat ipa q̃ʒ qñq; erigit ⁊ arescit: ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egredit in qua egritudine fortasse etiã longaonẽ qñq; exijt lapis in vesica esse significatur: Si aũt eger sentit cum difficultate mingẽdi vehementẽ dolorẽ in renibus: ⁊ in emũctorijs: ⁊ nauseã ⁊ vẽtris cõstrictionẽ in renibus lapidis esse monstrat.

¶ Lapidi vo q est in vesica confectio ista vtilis existit: ⁊ est optima ad frangendũ lapidẽ cũ vetustus fuerit. Ego q̃ʒ iã fregi cũ eo magnũ lapidẽ in spacio minore q̃draginta dieꝝ. Cui⁹ ꝓfectio. ℞. carpobalsami seminis rafani: dauci olixatri seminis corticis radicũ oppoponacis corticis radicuʒ capparis: amigdalarum amararũ damnococtie signanti: ciperi: spice inde. cassie lignee: saculo fundurion harmel: gentiane: aristologie rotũde: asari: cordumeni armoniaci: serapini. bdelij. piperis. acori omniũ. ptes eq̃les: gũme sufficienti balsamo dissolute malaxent: ⁊ ex eis alie spẽs ꝓficiant. Ex quibus informẽtur pillule: ⁊ sumat ex eis in die. j. ʒ. cũ apoçimate de seminibus. ¶ Q̃ñq; etiã sexta pars. ʒ. vnius de cinere scorpionũ simul cũ eis dat.

¶ Finis vo de scorpionibus hoc mõ fit. Scorpiones sumãtur ⁊ in ollã nouã positi os habentẽ opilatũ super lacertulum in furno mittant: in quo nõ sit vehemens calor: et sint ibi sex horarũ spatio: deinde extracti pulueriçent: ⁊ reponãt. ¶ Eger vero nutriat ex aqua ciceris: ⁊ caligiet ⁊ mutagenat. Et abstineat a lacte: ⁊ caseo ⁊ ab alijs cibis crossis. ¶ Ingrediatur tinã in qua sit aqua in qua cocta sint folia cauliũ ⁊ esula ⁊ berẽgenif: ⁊ mentastrũ: ⁊ fimus colũbinus. ⁊ medulla seminis croci hortulani.

¶ Femur etiã inungatur ex oleo de scorpionibus: ⁊ distilletur ex eo in virgam.

¶ Oleum de scorpionib⁹. ℞. aristologie rotũde: gẽtiane: ciperi: corticis radicũ caparũ omniũ. añ. ℥. j. Hec oia in libra vna olei de amigdalis amaris posita ad solẽ ꝑ hebdomadã vnã dimittant: ⁊ colent: ⁊ exprimant: ⁊ ꝑ vnaq̃q; libra ex eo adiunganꝫ ei scorpiones decẽ ⁊ totum in vase cuius os opilatũ sit missum ad solẽ per duas septimanas moretur: deinde coletur ⁊ reponat. Est eui optimũ ⁊ mirabile: de quo quotidie in virga guttatim fundendus est postq̃ʒ eger de tina egredit. ¶ Q̃ si lapis magnus fuerit nõ inuenit aliud remediũ: nisi vt cũ incisione extrahatur de hoc tñ loq nostri libri huius modũ excedit. ¶ Cũ autẽ in renibus fuerit lapis: eger frequẽter tinam ingrediat ⁊ renes: ⁊ ylia: ⁊ ex oleis inũgant ⁊ ex eis q̃ locũ calefaciũt desup cũ panno ponãtur: vt sunt ea q̃ noiauimus. In potu quoq; sumant ea q̃ ad lapidẽ frangũt. ¶ Si aũt lapis ceciderit in virga ⁊ obstaculũ fecerit aqua calida ab alto distillando ei supfundatur: donec rubere videat: deinde oleum tepidũ guttatim supiaceatur ⁊ fricet ⁊ si necesse fuerit: ad exteriora fugat. Ex hoc enim mouebit lapis ⁊ exibit. Sed si magnus fuerit ⁊ difficilis: necesse est vt virga inferius incidatur: ⁊ extrahatur.

¶ De nascentijs renũ ⁊ vesice. Capl'm. lxxv.

¶ Postema qd̃ fit ĩ renib⁹ ⁊ in vesica cõmitat febris pmixta q̃ nõ est vehemẽtis caloris cũ q̃ ẽ horripilatio ⁊ rigor: ⁊ frequẽs mict⁹ ⁊ dolor in iferiorib⁹ dorsi ⁊ q̃uitas: ⁊ cũ ipellit videt egro q̃ aliqd ibi suspensuʒ sit. Cũ hec itaq; signa visa fuerint: eger ex basilica flebotomet eius partis in qua dolorem sentit: ⁊ grauedinem. ¶ Loco quoq; emplastra infrigidantia supponant: Et si egritudo sic dissoluta fuerit bonum erit. Si autem febris: ⁊ dolor: ⁊ grauitas pseuerauerint: ⁊ vrina minutim: ⁊ frequenter egreditur: significat pus ibi colligi. Est igitur tunc super dorsum emplastruʒ ex camomilla semine lini. furfure oleo fisamino consperfis ponendũ: ⁊ egro vt in tina sedeat precipiendũ. ¶ Si autem eger minxerit pus: semina que noiabimus in capitulo de ardore vrine sunt danda: donec pus minuat: deinde dentur trocisci quos in capitulo de mictu sanguinis: ⁊ sanies noiauimus. ¶ Apostema vero qd̃ in vesica fit deberet comitari febris conclusa: ⁊ difficultas mingendi: ⁊ dissuria: ⁊ femoris ⁊ virge dolor: ⁊ tunc eger ex basilica flebotomandus est: ⁊ fiat egritudinis cura quemadmodum prediximus. ¶ Est autem quandoq; renum apostema quod non peruenit ad saniem: immo transit in duriciem cum grauitas in renibus sine febre perseuerat. Est ergo

çimate camomille:⁊ cauliū ⁊ mellilothi:⁊ maluauisci:ac furfuris⁊ vomat freqnter. ¶ Renibus qꝫ supponatur em plastrum eis que noiauimus. Et si vrina minui videtur: cū illo vrinā ꝓuocātia dētur. Hoc quoqꝫ pro paruo nō est habendus: quia ex eo puenitur ad ydropisim.

¶ De ardore qui fit in mictu. Capl'm. lxxvj.

c **Ameger** dum mingit sentit ardorē ⁊ punctionē in virga: a salsis:⁊ aceto, sis:⁊ acutis abstinēdus est:⁊ nutriēdus est ex tafeis leuib⁹ ⁊ cibrebegi:⁊ eoꝝ filibus. ¶ Hoc quoqꝫ medicamē ei dandum est. Qd̄ recipe seminis melonis excorticati.ʒ. xxx.seminis citroli:seminis cucurbite:seminis portulace seminis albi papaueris omniū aā.ʒ.iij.seminis iusqami albi.ʒ.ij.çuchari albissimi ad pondus omniū de puluere horū quotidie in potu.ʒ.iij.in mane:⁊ alie.iij.ʒ. circa nocte m.cū.℥.j.syrupi violati:aut iulep.sumant: hec quoqꝫ egritudo nō est parupendēda quia cum manstua ⁊ perseuerans: pueniunt ex ea in vesica:⁊ in instrumentis vrinalibus vlcera.

¶ De mictu sanguinis ⁊ puris. Capl'm. lxxvij.

c **Am aliquis** ꝓpter casuꝫ aut pcussionē sanguinē minxerit: ex basilica flebotomet:⁊ trocisci qui dicūt trocisci de charabe in potu tribuantur.

¶ Trocisci de charabe. ℞.charabe gūmi tremule arboris amboꝝ aā.ʒ.ʒ.balaustie.ypogistidos amboꝝ ana.ʒ.ij.⁊.ʒ. olibani.ʒ.ij.seminis apij:opij: amboꝝ.aā.ʒ.j. informent trocisci pondere aurei vnius. Ex qbus vnus omni die cū apoçimate sumach tribuat. ¶ Ad comedendū vero tribuatur caro cocta cū sumach ⁊ caro cocta cū succo vue acerbe. Abstineat a cibis acutis:⁊ salsis: loco vero pcussionis supponat emplastrū ex bolo armeno:⁊ achatia:⁊ aloe: ⁊ licio: confectis cū aceto ⁊ aqua. ¶ Si aūt sanguinis mict⁹ euenerit post comestionē ciboꝝ acutoꝝ: aut potum vini acuti flebotometur eger: ⁊ trociscos de charabe in potu sumat:⁊ eodem qd̄ ꝑdiximus gubernet regimine.

¶ Dus vero si mixit eger trocisci isti dandi sunt: qui ℞ seminis melonis citroli:cucurbite:omniū absqꝫ corticibus aā.ʒ.xx.boliarmoni:gūmi arabici:thuris piguis:sanguinis draconis: omniū.ana.ʒ.x.opij.ʒ.iij.seminis apij.ʒ.ij. informentur trocisci pondere.ʒ.ij. ex qbus omni die vn⁹ cū syrupi de papauere.℥.j.in potu tribuatur.

¶ Virgo quoqꝫ ex isto collirio immittatur.

¶ Collirū de cerusa. ℞.cerusse:sarcolle:olibani gūmi arabici:opij:sanguinis draconis:omniū ꝑtes equales: Fiant ex eis colliria:⁊ ꝑ siringā fiat prius iniectio ydromellis:⁊ mingat eger:⁊ post eius egressioē fiat iniectio istius collirij dissoluti in lacte asine.

¶ De his qui nō possunt retinere vrinā. Capl'm. lxxviij.

c **Am eger** multū vrine emittit ⁊ in emissione ardorē nō sentit: aut mingit in somno neqꝫ patit sitim: neqꝫ corporis extenuationē incurrit. Ea que vrinā ꝓstringūt danda sunt.

¶ Medicamē retinēs vrinā. ℞.glandiū.ʒ.j.olibani.ʒ.xxx seminis coriādri ficci gūmi arabi:boliarmeni:omniū aā. ʒ.x.fiat ex eis puluis de quo in mane.ʒ.iij.⁊ circa noctem totidem ad transglutiendū dentur. ¶ Q̃ si cū hac egritudine sitis fuerit validissima clamosa ⁊ aqua que bibitur cito egreditur: aqua ordei cum psilio detur:⁊ nutriat cuꝫ succo vue acerbe ⁊ sumach:⁊ similibus hoꝝ nutriēti vue ⁊ cum cibo q̃ fit de simula ordei:⁊ masal:⁊ raib acetosum da ei in potu.⁊ ꝑhibeat laborare ⁊ cū muliere ꝓcūbere. ¶ Isti quoqꝫ trocisci in potu sumant qui. ℞.spodij.ʒ.x.lactuce:seminis portulace seminis amboꝝ ana.ʒ.xv.coriandri ficci:rosarū rubearū:boli armeni:omniū aā.ʒ.ʒ.balaustie.ʒ.ij.cāphore.ʒ.ʒ.sumant in potu cum succo granatiacetosi. ¶ Herbe etiā fride terant:⁊ sup renes ponant. Et caueat sibi a cibis calidis ⁊ vino:⁊ ab oibus que vrinā ꝓuocant. Illud aūt qd̄ ex magno stolidoꝝ errore puenit est: q̃ dant in hac passione egro medicinas calidas. vnde ilico deducunt ipsum ad ptisim.

¶ De lumbricis ⁊ vermibus qui nascuntur in ano ⁊ in vētre. Capl'm. lxxix.

q **Ai hoc** nocumento solitus est ledi: a cibis crossis ⁊ vnctuosis sibi cauere debet:⁊ quotidie anteqꝫ comedat sumat bucellas aliquas cum sinapi. Hoc enī ipsos generari ꝑhibet. Si vo eos generari ꝓtingat: nō cōuenit aliud nisi vt expellant. ¶ Medicamen ascarides expellēs: burungi excorticati cum valde famelicus est eger.ʒ.vij.sumantur.

¶ Medicamen magnos expellens lumbricos. ℞.burungi excorticati:turbit:seminis nigelle omniū partes equales: lupiuoꝝ: nasturtij: cambil: omniū aā.partē mediam: sumant ex eo in potu.ʒ.vj. ¶ Prius tamen bibat eger lac mox vt mulctū fuerit ꝑ tres dies:⁊ deide quaqꝫ die quarta dietet se:⁊ de predicto medicamie in lacte adhuc calido vt mulctū est dissoluto ⁊ aceto duꝫ valde famelicus est bibat. Vermes vero minuti q̃ in ano fiunt pro quibus generatur pruritus in eo: ⁊ ideo cū fricatur anus expelluntur cuꝫ cotū ex oleo abluto inuolutū imittit: aut inuolutū oleo de crisomilis: aut succo mentastri. ¶ Aut inuoluat ex parua quātitate aloes: ⁊ felle vaccino:⁊ supponatur.

¶ De emorroydibus ⁊ fistulis ⁊ ragadijs que in ano fiunt Capitulum. lxxx.

o **Am sanguis** recens sine dolore ꝑ inferiorem fluit regionem interpolate tū non est constringendus: nisi patiēs ex eo debilitetur. A multis enim passionibus exinde liberatur. ¶ Si autē debilitetur: indiget constrictione: trocisci de charabe cum succo sumach dentur. In comestione qꝫ sumat sumachiam:⁊ cibum qui cum succo vue acerbe fit ⁊ similia his de illis que nutriētia sunt. ¶ Si vero multū debilitetur: nutriatur cum succo carnis: cui plerūqꝫ āmiscentur: succus citoniorum ⁊ vinuꝫ. Vinum quoqꝫ bibat stipticum:⁊ super epar ponatur emplastrum de spica qd̄ in capitulo de epate noiauimus.

¶ Et si ista nō suffecerint: confectio de scoria ferri detur: q̃ Recipe mirobalan. nigr.bellirico rum: emblicorū oium ana.ʒ.ʒ.spice squinanti:ciperi.çinçiberis piperis ameos olibani: omniū ana.ʒ.ij.scorie infuse in aceto per hebdomadam vnam:⁊ postea torrefacte.ʒ.xv. conficiantur oia cum melle dispumato qd̄ fuit coctuꝫ cum apoçimate emblicorū sicut in capitulo de melancolia nominauimus. de quo quotidie ad nucis magnitudinem sumat. Hoc nāqꝫ emorroydarū sanguinē ⁊ menstruorū constringit: fluxui quoqꝫ ventris longi temporis: remedium affert.

¶ Si autē in ano oritur aliquid ꝑminēs extra ex quo magn⁹ prouenerit dolor: nec fluit ab eo aliqd: succus cepe cū pauca lana: aut fel vaccinum supponat.

¶ Suppositoriū quoqꝫ longum de ciclamine subijciatur qd̄ patiens per totam teneat noctem:⁊ si contingat egridi: remittatur: donec scindatur:⁊ egrediatur sanguis.

¶ Cum autē dolor vehemētissimus fuerit:⁊ apostema magnū in ano: flebotometur eger:⁊ emplastrū hoc supponatur. Sedat enim emorroydarū dolorē cū adest apostema cum eis qd̄. ℞.mellilotum: camomillā que tādiu in aqua coquantur: donec dissoluantur: deinde sumātur ex aqua decoctionis earum quantū manu vna teneri potest: vitellus oui assati vnus croci.ʒ.j.opij.ʒ.ij.seminis lini triti: fenugreci: maluauisci: omniū.aā.manipulū.j. Conficiātur omnia ex rob in quo bdellij.ʒ.iij.dissolute fuerunt ⁊ folia superposita postqꝫ eorum superficies ex oleo sisamino in q̃ adeps gallinaceus fuit resolutus aut anatis iuncta fuerit: more emplastri superponatur: dum adhuc tepida sūt. ¶ Alia confectio dolorem ⁊ apostema sedans. Cepe albuꝫ optime coctum teratur: ⁊ cum butiro vaccino misceatur vt mollefiat: ⁊ tepefactuꝫ ano in quo est apostema superponatur: hoc enim dolorem vehementem sedat.

¶ Cū vero in ano ragadias habuerit patiēs que euz ledūt cum ipsius venter siccus est.

¶ Pillulis de bdellio sepe vtaf: que. ℞. de mirabolanis nigris: chebulis ambo ana. ʒ. x. serapini. ʒ. iij. nasturtij albi. ʒ. ij. bdellij mollis ⁊ pinguis. ʒ. xv. dissolluaf bdellium in succo porrox: ⁊ ex eo pficiant alia: ⁊ informent ex eis pillule: ⁊ sumant ex eis frequēter ab vna. ʒ. ad. iiij. locus vero si adustione patiaf ex vnguēto de cerusa inungatur

¶ Si aūt non sentitur in eo adustio vngaf ex vnguēto qd fit ex adipe qui in gibbo cameli inuenif ⁊ bdellio: qd fic fit: vz. vnguētū de sene. ℞. cere citrine: olei fisami: adipis anatis: medulle cruris vaccini adipis qui est in gibbo cameli: bdelij: omniū ptes equales: bdellium prius in mulcilagine seminis lini dissoluatur: deinde oia misceant: hoc enim optimū existit. ¶ Si autē eger ragadias in ano habuerit pfundas a quibus fetens virus fluxerit medicamē acutū qd in capto de vlceribus descripsimus: eis suppona: qd eger p duos patiaf dies. Et si i eis aliqd remaneat qd resudet medicamē iterū apponaf: qd eousq; fiat donec locus siccef: ⁊ nō resudet: si fuerit pfundum. ¶ Q; si ea q ibi sūt eminētia extra ⁊ pēdētia fuerit iterū vt arescāt ⁊ nigrescāt butirū tepidū mistouēs supponaf: dōec nigredo ab eo ꝛmoueaf. ¶ Si aūt resudatio reuersa fuerit: medicamē acutū iterū ibi appōaf. Et si ñ resudauerit: ex vnguēto de cerusa curef. ¶ Est etiā qñ eminētes emorroydes extra curant cauterizādo cū ferro. Iog tū de hoc plus est q; huiꝰ nostri liber modus requirat.

¶ Fistule vero generant in ano velociter: qm figura eius facit illud esse necessariū q aut penetrātes sunt: aut nō penetrātes vtriq;. ¶ Cū aūt pforate sūt vtrinq; stercus egreditur ex eis ⁊ vētositas. ¶ Si aūt nō egredif neq; stercus neq; ventositas: non est penetrās ab vtraq; pte: Iog vō de eius cura pfecte: plus est q; hic noster liber expectat. Sz qz fere hoies oēs semp maximū incurrunt errorē in cura huius egritudinis: vnde maximū sequtur nocumētū: nos excitabimus eos ad hoc qd huic egritudini ꝓgruū erit: ⁊ ostendemus q̄liter a pdicto errore se custodiāt: ⁊ dicemus q̄ fistula vtrinq; pforata cum ab ano remota fuerit: nullo modo ferro est tangenda. Ex incisione enim ferri continguit stercus inuolūtarie egredi. ¶ Est etiā aliud genus fistula ab vtraq; parte pforata ferro tangi non debet. Quia toto tpe vite eger sic pmanere poterit: nō magnū faciēs nocumentū: nec pueniet ex ea aliquid nisi resudatio ⁊ fluxus. ¶ Si aūt illō qd ab ea fluxerit fuerit acutū ⁊ mordicatiuū ⁊ fetidū habuerit odorē. Cuius etiā quātitas q̄tidie augeatur: erit fistula putrida ⁊ cū herpete estiomeno cui ex medicamie acuto: ex eo qd cōplet oia succurrēdū est: anteq; dilatetur: ⁊ magnificetur.

¶ Cū aūt nō resudauerit nisi parū neq; eius quātitas quotidie augef: neq; malus odor ibi augmētatus fuerit: non est in ea aliqd q̄ sit timendū nisi resudatio ⁊ fluxus. Que medicari potest donec siccef: ⁊ detumescat: ⁊ nō resudet per longū tēpus. ¶ Si aūt resudatio redierit medicamē pdictū adhibeaf: ⁊ hoc modo poterit blandiri p totū tempus vite egri: ⁊ non nocebit. ¶ Modus adhibendi medicamen huic egritudini. Ex collirio qd in capitulo de fistula oculi noiauimus sumaf: ⁊ optime teraf. ⁊ fistula pmatur donec qcqd in ea continef egrediaf. ¶ Et si radiꝰ eā ingredi poterit: iuoluaf coto: deinde ex pdicto medicamine postq; mollificatū fuerit inūctus in fistulā mittatur. ¶ Si vero minime ingredi in ea radius poterit dissoluatur medicamē in aq̄: ⁊ subleuef coxa egri supposito pluuinari: ⁊ eo supino iacente: pdictū medicamē distillādo sup fistulā fundanf: ⁊ fiat hoc in mane: ⁊ circa nocte per tres dies: ⁊ sedeat in aqua de curcuma: ⁊ leuetur ex ea.

¶ De exitu matricis ⁊ ani. Capm. lxxxj.

e **Cum ani** extra egredif: apostemate carens: ⁊ ita disponif q̄ si impellatur ingredif: cerusse: balaustie: gallarū: aluminis antimonij: omniū partes sumant equales. Et redigant in puluerē: ⁊ sup anū ex oleo roseo calefacto inunctū puluerizent: ⁊ anus intromittaf ⁊ stringaf: qd tamen fieri cōuenit: postq; eger a sella reuersus fuerit ne euz cito surgere ad sellam sit necesse. ¶ Sumātur etiā galle: ballaustie: cupulle glandium: folia mirti: ⁊ coquātur in aqua donec rubea fiat: ⁊ sedant in ea ⁊ lauef ex ea. Qd si anū q aposte mosus est ingredi minime pōt: eger aquam calidā freqnter ingrediaf: ⁊ in ea sedeat ⁊ vngat anum ex cera ⁊ oleo camomillio. aut anetino: donec ingrediaf. Cumq; intromissus fuerit: ex his q̄ nominauimus curetur. ¶ Vulua p̄terea si egressa fuerit similiter erit medicanda. Est tamē necesse vt fortiter ligef: ⁊ vt egra semp supina iaceat ⁊ coxe superius eleuentur.

¶ De constrictione menstruox. Capm. lxxxij.

p **Ro superfluis** menstruis ꝓstringendis. trocisci de charabe p hebdomadā vnā sunt dandi. Qui si nō contulerint confectio de scoria detur: ⁊ fiat minutio ex basilica. ¶ Ventose quoq; ad mamillas apponant: ⁊ in cōmestione stipticis vtatur cibis: ⁊ hoc medicamen egra sibi subiciat: qd ℞. olibani: balaustie: gallarū: antimonij: acatie: aluminis: omniū partes equales. Puluis horū optime tritox: cum pauca lana subijciaf: femur vero ⁊ dorsum ex epithimatibus q̄ in capitulo de fluxu ventris noiauimus epithemenf: ⁊ sedeat in aq̄ de curcuma. Qd si ista non cōtulerit: ex alto pessario acuto fiat imissio: ⁊ mādeat i vulua.

¶ De pnocatione menstruox. Capm. lxxxij.

c **Tam ex** retentione menstruox magna segf passio: trocisci de mirra dentur.

¶ Trocisci de mirra ℞. mirre. ʒ. iij. lupinox optime tritox. ʒ. v. foliox rute: mētastri: pulegij: cimini: rubee: de qua tingif: asse: serapini: opoponaci: omniū aā. ʒ. ij. infor menf trocisci ponderātes. ʒ. ij: ex qbus def vnus in die cū aqua in qua semen iuniperi coctū fuerit. Hoc nāq; medicamen adeo vehemēs existit in prouocādis mēstruis: vt etiam fetum excutiat si qua eo sepe vtaf. Ventose q̄z sub curuatura poplitis sunt ponēde: ⁊ flebotomia ex saphena facienda est. Postremo quoq; ventose femori: sunt superponende.

¶ De fissuris q̄ fiunt i matrice vel vulua. Capm. lxxxiij.

b **E curande** sunt ex medicatiōe ragadiax ani: pessariū quoq; ex adipe anatis ⁊ vsopo ceroto ⁊ medulla cruris ceruini mixtis cū cera dissoluta in oleo de lilio: aut narciscino subiciatur: si neq; febris neq; acuitas affuerit. ¶ Qd si illud fuerit cū calore ⁊ acuitate: oleū roseum adhibeaf. Ex vnguento q̄z de cerusa similiter fiat pessariū. ¶ Si aūt calor fuerit vehemētior sumaf succꝰ portulace: aut lactuce: aut mucilago psilij: ⁊ fiat tabula de plumbo silis marmori in quo terunf colores habēs in circuitu lapiū paruū ⁊ ponatur in ea aliqs de pdictis succis: ⁊ cū pistello plūbeo adeo sup ipam moueaf: donec de plūbo multū pdicto liquori misceatur ⁊ inspissetur succus: ex quo fiat pessariū: postq; oleum roseuz ei admixtū fuerit: ⁊ supponaf. Hoc enī medicamen canro vulnerato qui est in matrice optimū existit: ⁊ alijs ei similibus.

¶ De plagis ⁊ cācro q̄ fiūt in matrice vel vulua. Ca. lxxxv

f **Cum** apostematibꝰ istis adest calor ⁊ febris flebotomia ex basilica fiat ⁊ patiēs ex aqua ordei nutriaf: ⁊ liniātur renes: ⁊ femur ⁊ ylia ⁊ sume ex epithimate apostematis calidi: ⁊ infrigidef locus quātum possibile est. Si vero postq; febres ⁊ acuitas quieuerint: ex apostemate aliqd remanserint: ex iniectionibus liqdis curetur: ⁊ mulier in hmōi liqdis sedeat donec mollescat ⁊ maturetur.

¶ Pessariū mollificās dura apostemata matricis: ⁊ conferens doloribus in ea factis ⁊ paulatim eos quiescere faciens. ℞. adipis anatis: medulle: cruris ceruini vel vaccini: bdellij

ni bdellij mollis:croci:vitelli oui assati:fecis olei de seminibus lini:fecis olei de lilio:omniuz aii.ptes eqles:dissoluantur in vino aut rob:z fiat ex his pessariū. Est eni optimum ad sedandum dolorē:z mollificandā duriciem matricis. ¶ Patiens ptera sedeat in aqua in qua cocta sint fenugrecū:z semē lini:z camomilla: z melilotū z caulū extremitates singulatim:aut omnia simul.

¶ De nascentijs que fiūt in matrice vl vulua. Ca.lxxxvj.

c **Uma vulua** fluxerit santes spissa: aut virtus tenue:si ex ppinq manat loco:neqz fuerit ibi profunditas fetida neqz putrida:sumenda sunt aloes:z mirra:z sanguis draconis z sarcocolla:atqz olibanuz:z loco superponenda:donec consolidetur.

¶ Si autē ex loco manauerit remoto:ex pessario qd̄ noiauimus in capitulo de sanguine z sanie fiat proclixma.

¶ Si autē qd̄ fluxerit est fetidum: odorē habēs malum ex pessario secundo acuto fiat iniectio.postq̄z locus mūdificatus fuerit:ex aqua z melle iniectis p instrumētū aii eā.

¶ Si vero cū hoc q̄ fluit affuerint punctio z dolor z apostema durū:qd̄ tactu discernitur summopere cauenduz ē ne ex aliquo acuto medicamie tangatur. Sed fiat iniectio ex confricatiōe plumbi quā diximꝰ:aut ex vnguēto de cerusa:z flebotomet ex basilica. Et custodiat ab omnibus que coleram gingnunt nigrā:z seminibus z speciebus q̄ pro condimento admiscentur cibis.

¶ De prefocatione matricis. Cap. lxxxvij.

c **Ummenstrua** per longū tempis spacium retēta fuerit aut mulier a cōmixtione viri diu abstinuerit:licet valde affectauerit:z euenerit grauitas z dolor in inferiori pte suminis:z senserit quasi aliquid sursū trahi a pte suminis. Fortasse post ista superueniet ei syncopis.z quasi mortua cadet:perpendi quoqz vix poterit q̄ ipa attrahat aerem:vel habeat pulsum z forsitan pfocabitur z morietur.z fortasse sanabitur:laboriose tamē. ¶ Hec itaqz passio ilico vt euenerit curanda est.Cuius curatio est:vt pedes fortiter fricentur z ligent:z ventosa magna summi superponatur. ¶ Obstetrici quoqz precipiat:vt digitū oleo bene redolente inungat:z in circuitu oris vulue dum est intus bene cōmoneat. ¶ Naribus pterea condisi insufflentur:et circa aures ipius voces clamando pferantur:z nihil qd̄ bene redoleat olfaciat.imo bene redolentia z algalia remoueantur. ¶ Et pectē z eius superiora ex eis epithimētur:z naribus malum reddentia odorem applicetur: vt stercus z castoreum z sulphur. ¶ Cum autem sanitati restituta fuerit.ex hac medicatione curet:ne egritudo redeat. ¶ Qd̄ si egritudo pꝰ hic mēstruorū euenerit restrictionem ea dentur que mēstrua puocant. Et in pedibus fiat minutio:z ventose in eis opponant. ¶ Si autem post lōgam viri dissuetudinē contigat:ex quo etiā sepiꝰ accidit: incipiat viri consuetudinē habere: aut obstetrix iteret illud sepe qd̄ prediximus in omni pauco tempore aut medicamina que minuunt sperma dentur q̄ prediximus. Et dētur trocisci de mirra quos in capitulo de menstruis puocandis nominauimus.

¶ De mola. Cap. lxxxviij.

m **Ulieribus** plerumqz accidit passio ex q̄ pregnantiū dispositionis similitudinē incurrit. Venter nā q: crescit:z discolorate fiunt:z retinentur mēstrua. ¶ Motus tamē qui ē in hac egritudine:nō est vt motus infantis: imo quādoqz de suo mouetur loco cū duriter tangitur. Ad vltimū vero cum angustia z dolore frustum carnis in forme ac si pareret: emittunt. Plerūqz vero solummodo ventositas z humorum multitudo emittit:z deinde minuitur venter: et remouentur accidētia. ¶ Postq̄z ergo tēpus preterierit in quo scitur puerū debere moueri si adesset trocisci de mirra dandi sunt:z apoçima de seminibꝰ z oleum de cheisim adhibendum:pessariū ex ruta:z mentastro. z alia pessaria predicta in capitulo de allevatiōe partus:sūt immutēda. Doses quoqz de pillulis fetidis frequenter tribuende sunt:cum hoc enim cito euadent.

¶ De ruptura inguinis.. Cap. lxxxix.

c **Uma liquis** in mirach ventris habuerit eminentiam que cū supinus iacuerit:z locus digitis cōpressus fuerit remouetur:et cum sederit redibit:passio adest que ruptura dicitur. ¶ Qui hoc itaqz patitur: sibi cauere debet: ne pꝰ comestionē moueatur: neqz comedat fabas z hoc precipue:neqz faseolos:neqz lentes:neqz olera:neqz aliquē cibum inflatiuum. ¶ Studere etiā debet:vt eius venē semper mollis sit.hoc nāqz regimine:possibile est ipm euadere dolorem. ¶ Loco preterea aliquod supponendum est obstaculum z stringendum z ppte cū se mouere voluerit. ¶ Crossus quoqz si fuerit z ventrem habuerit grauē: nō debet vti motu nisi venter prius sub vmblico amplacingatur fascia.

¶ Emplastrū ad rupturā. ℞. gallarū cipressi ptes.ij. mirre.ciperi sansuci:gallarū:acatie:olibani:gūmi arabici oium aii.ptē vnā:gumme prius in vino resoluātur:et aggrētur cum eis reliqua:z super rupturā egro supino iacente ponatur:et stringat locus:z nō soluat vsqz ad sex aut septem dies. Postea egro supino iacente soluatur:z illo rectō de eo emplastro supponatur. Ex hoc eni prohibet ampliari. ¶ In ruptura autē testiculorū pellis augmentatur qd̄ fit aut ppter ventositatē: aut ppter aquā que ibi congregantur:aut qz intestina descendunt ad locuz illū. Si vero ppter descensum intestinorū contingat:erit grauis z dolorosus:z sentiet dolorē cum tangentur. ¶ Talē itaqz patiens sicut prediximus regendus est z emplastrū predictum supponendum:z locus cum ligatura:assidue est stringendus. Ruptura eni cum nō stringitur.dilatat. z augmentatur semp. ¶ Si autē causa a qua fiat.locus adparet lucidus:z tersus z tensus. Huic itaqz confert epithimari ex epithimate qd̄ in capitulo de ydropisi nominauimus. Aqua quoqz in hac egritudine plerūqz petit inferiora z fluit inde:vnde eger p aliquot tempus sanus efficit sed preterea redit egritudo.postq̄z ergo aqua fluxerit:curandus est eger ex cauterio:z medicamine. Ex hoc enim prorsus curabitur:nec egritudo redibit. De hoc tamen loqui plus q̄z hic noster exigat liber. Cum autē hec egritudo:ventositatis causa contingit locus fricandus ē:et ex oleo sambacino in quo castoreuz z euforbiū dissoluta fuerunt inungendus:z ex eodem intus in virgam guttatim distillandum.

¶ De podagra z sciatica. Cap. xc.

c **Umin** iuncturis fuerit dolor:z apostema z locus cū tangitur fuerit tactus calidꝰ et color rubeus:eger si dolet in dextro pede ex dextra manu:z si in sinistro ex sinistra est flebotomandus:z locus ex hoc medicamine liniendus. ¶ Epithima. ℞. rosarū rubearū:sandali saufel:seif memite: boli armeni. opij.oiuz ptes equales:Existis in aceto:et aqua dissolutꝰ fiat epithima. ¶ Pilū quoqz aceto infusum in carta missum supponantur z cum tepuerit mutet:z loco eius alīd superponatur. ¶ Venter preterea ex apoçimate mirobalanorum:z hermodactilis soluatur: ¶ Apoçima mirobalanorum cū hermodactilis. ℞. recipe mirobalanorū citrinorū.ʒ.xv.puluerisa turbit fricati:polipodij.amborū aii. ʒ.iij.sene.seminis fumiterre amborum.aii.ʒ.iiij.hermodactili albi:seminis endiuie:seminis apij:rosarū: omnium aii.ʒ.ij.coquātur in tribus libris aque donec ad vnā redeant:deinde manibus fricent:z colentur : z bibatur cum çucchari tabarçet.ʒ.v. ¶ Si quis opoçima fastidierit:pillulas istas sumat:que non valentes incedere surgere faciunt:et pedibus ambulare.

¶ Pillule que non valentes incedere surgere faciūt. ℞.

aloes.ʒ.j.scamonee quartã.ʒ.vnius rosarũ rubearum tri-
tarum:sextaʒ.ʒ.j.hermodactilorũ alborũ.ʒ.s. informẽtur
ex eis pillule que erunt dosis vna. ¶Eger vero nutriat
ex cibis frigidis:⁊ stipticis:⁊ abstineat a vino:⁊ confecti
onibus que ex melle fiunt.⁊ a carne.

¶Cum autem apostematis calor quieuerit:⁊ eius inflama
tio:ex his que calidorũ apostematũ reliquias resoluunt
curetur.Quorũ vnum. Recipe cerã in oleo de lilio reso
lutam:cui admisceatur mucilago fenugreci:⁊ seminis li
ni:deinde terantur simul donec vniãtur ⁊ fiat ex eis epi
thima.¶In tempore autem sue incolumitatis:⁊ proprie
circa tempus in quo egritudo eum inuadere consueuit.
⁊ q̃ʒ maxime in vere.Assuescat flebotomiam vti et vẽtris
solutione:ex his que coleram expellunt rubeã ⁊ a potu
vini abstineant:⁊ a comestione eorum que ex melle con-
ficiuntur:⁊ a carne.sint eiꝰ cibaria acetosa.⁊ stiptica ⁊ his
similia ex his que infrigidant. ¶Membra autẽ que hãc
consueuerũt incurrere passionẽ:minus solito laborẽ pa
ti assuescant:⁊ precipue cum tempus inuasiõis timetur ⁊
cum corpus fuerit plenum ⁊ vene plene. et fuit diu ex q̃
neqʒ minutus:neqʒ solutus fuerit.

Cum autem cum dolore iuncturarum neqʒ ca-
lor neqʒ rubor i colore affuerit fue
ritqʒ eger frigide cõplexionis ⁊ locus tactu sentiẽ frigidꝰ
in principio curatiõis eius pillule maiores de hermoda
ctilis dande sunt.

¶Pillule maiores de hermodactilis. ℞.hermodactilorꝫ
satirion:meiʒahara:omniũ ana.ʒ.v.yere pigre.ʒ.x.collo-
quintide:centaurce minoris:amborũ ana.ʒ.v.euforbij.ʒ.
ij.turbit.ʒ.x.sentaragi indi.çinçinberis.sinapis:piperis ca
storei omniũ ana.ʒ.j. Informẽtur ex eis pillule: ex qbus
a duabus.ʒ.⁊.s.ad tres sumantur. Hæ nãqʒ pillule valde
cõferũt.quia nõ valentes surgere incedere faciunt.

¶Epithima ad podagram frigidam. ℞. storacis liquide
castorei.euforbij.mirre:aloes:acatie:omniũ partes equa
les.Ex his omnibus vino veteri admixtis fiat epithima
Cumqʒ iste dolor quieuerit succurratur:patienti ex distil
latione multe aque calide ab alto:⁊ inunctio fiat ex oleo
de lilio.⁊ emplastrum ex bdellio molli:⁊ storace:ac fenu
greco ⁊ semine lini:⁊ armoniaco.superponatur. qõ hoc
modo conficiatur.armoniacũ bdelliũ in vino veteri re-
soluantur et alia omnia eis admiscentur.ex quibꝰ fiat em
plastrum ⁊ supponatur.hec nãqʒ egritudinis species est
que in lapidis duriciẽ transit.⁊ reddit membra ⁊ iunctu
ras fungis similia.¶Quapropter hanc habens passio-
nem a fastidio ⁊ aqua frigida.⁊ a cibis crossis.⁊ a frequẽ
ti ebrietate custodiatur eiqʒ precipiendum vt dum sanus
est motu vtatur.⁊ a coitu abstineat.⁊ precipue cum satur
fuerit:neqʒ balneũ ingrediatur neqʒ exercitetur post co
mestionẽ.¶Vinũ preterea vetus ⁊ purum bibat:eis quo
qʒ dum sanus est vtatur que vrinam prouocare consue-
uerunt.

Dolor vero qui sciaticus vocatur est q ab ancha per
coxam totam vsqʒ ad genu in longitudine p
tenditur.¶Quandoqʒ etiã in longitudine ad virge sili
tudinem extensus p crus vsqʒ ad pedes descendit:⁊ tunc
si in complexione fuerit caloris dominũ ⁊ vrine tinctura
ex basilica manus eiusqʒ partis prius minutio facienda ẽ
deinde ex sciatica.

¶Si autem egri complexio frigida fuerit.⁊ color fuscus
sepe prouocandus est vomitus:ex apoçimate raphani cũ
syrupo acetoso.Coxa q̃ʒ ac pes ⁊ crus. ex oleo in quo ca
storeũ euforbiũ.⁊ storax sint resoluta inunganꝭ assidue.

¶Qõ si dolor in coxa mãsiuus fiat:eger ex almuri nabati
et baurach clisteriçet:⁊ ex enemate acuto qõ in capitulo
de apoplexia nom nauimꝰ.¶Colliriũ q̃ʒ ex ciclamine ⁊
colloquintida factũ supponat.Que eo vsqʒ fieri poenit
donec eger excoriationẽ incurrat.Ex ea enim dum acci
dit:plerumqʒ cõsequitur sanitas.¶Si aũt passio inuete-
rauerit sinapis sumat:⁊ cum fimo colũbino eiusdẽʒ qua
titatis teratur et ex apoçimate ficuum conficiantur ex qui
bus coxe emplastrũ superponatur.Qõ tamdiu dimitta-
tur donec in loco vesice aque fiant.⁊ findantur: ⁊ effluat
aqua que in eis est.⁊ vt vaporetur locus cu ʒaqua calida.
deinde eger per aliquot dies gescere dimittatur:⁊ si non
dum sanitati restitutus fuerit.ad hanc eandẽ curã redeũ
dum.Qõ si egritudo valde mãsiua fiat ⁊ longi temporis
et timeꝭ ne vertebrũ prosiliat aut egressũ fuerit locus ex
instrumẽto qõ rote assimilat canteriçandus ẽ:⁊ incendat
cũ coctura a caput anche apud caput coxe. Huiꝰ tamẽ rei
sermocinatio istius nostri opis metas transcendit. ¶Ta
liter preterea patiẽtes in tempore sospitatis vomere con
sueuerũt.et soluere ventrẽ.et regimẽ subtiliare.⁊ a cibis
crossis frequẽti ebrietate abstinere.

¶De gibbositate. Cap. xcj.

c **Cum gibbositas** fieri incipit. Pil-
lule maiores her
modactilorũ dande sunt ⁊ oleum de cheisim cum
apoçimate de seminibus sepe sumẽdũ.Locus q̃ʒ ex oleo
sambacino in quo storax liquida:⁊ castoreũ ⁊ euforbium
resoluta sint frequenter inungendus ⁊ a cibis frigidis et
crossis abstinẽdum.¶Aqua etiã calida in qua cocta sint
mentastrum ⁊ sansucus: ⁊ sticados arabicus: ab alto sup
locũ distillãda est:deinde frequens fricatio ⁊ inunctio ex
oleis calidis facienda est.¶Qõ si is q hanc patitur egri-
tudinem puer fuerit balneũ solũmodo ⁊ inuictiones ex
his que prediximus sufficiũt.¶Si autẽ cũ gibbositas in
cipit affuerit febris a predicto regimie oino abstinendus
sed apoçima ex berberis factũ cũ cassiafistula in potu tri
buendum:flebotomia quoqʒ ex basilica facienda ẽ.⁊ em-
plastra vehemẽtia loco supponenda.

¶De varicibus. Cap. xcij.

c **Cum vene** crosse ⁊ plene ⁊ diuerso modo
curuate ⁊ virides in crure ap-
paruerint egritudo que vitis vocat adesse significat:hec autẽ egritudo frequẽtius accidit his qui multũ
pedibus laborare cõsueuerũt ⁊ qui cibaria colerã nigrã
generãtia frequẽter sumũt.¶In principio itaqʒ curatio
nis huius passiõis:basilicã minuere cõuenit:⁊ ventrẽ ex
his que colerã educunt nigrã soluere. Quorũ mentionẽ
fecimus in capitulo de melancolia:hec aũt sepe facienda
sunt.Et ab oibus a quibus melancoliã patiẽtes custodi-
untur:in hac egritudine abstinenda sũt. ¶Postq̃ʒ vero
hoc regimẽ diu adhibitũ fuerit:ex venis quas in crure
apparuisse diximus:minutio fiat a quibus sanguis tãdiu
fluere dimittatur donec qcqd in eis ẽ euacuet:deinde hu
iusmodi patiẽs colerã nigrã expellentibus vtatur: et mi-
nuatur ex basilica:⁊ caueat sibi ab oibus q̃ colerã generãt
nigram. ¶De elephantia. Cap. xciij.

h **Ecpassio** postq̃ʒ mãsiua fit:incurabilis est
Cum autẽ incipit:si ei subuenia
tur:⁊ vt debet medicata fuerit:aut sanatur: aut ma
net si nihil addens.Cum ergo pedis crossicies augeri vi
detur.⁊ color obfuscari:vene quoqʒ que vites vocant ap
parere ceperint:eger assidue cogendus est vomere:⁊ cu
studiendus a deambulatione nimia:⁊ statiõe ⁊ vẽter vo-
mitu precedente ex pillulis maioribus ⁊ hermodactilis
soluendus:deinde ad aomitũ redeundũ post illud.Hoc
quoqʒ multotiens fieri oportet. ¶Eger preterea a cibis
crossis est abstinẽdus ⁊ tibia a calcaneo incipiendo sursũ
vsqʒ ad genu stringẽda:ante tamẽ cõstrictionẽ: epithimã
da est:ex aloe ⁊ mirra ⁊ acatia:⁊ ypoquistidos: ⁊ aluuiie
cum aceto forti dissolutus.¶Ex basilica quoqʒ manꝰ cõ-
trarie partis minutio facienda est.Neqʒ erectus stet nisi
pes prius stricte ligatus fuerit neqʒ epithima illo modo
dimittat.Vomitu quoqʒ frequẽter vtatur.Qõ si paruum
intercessit spaciuʒ a precedenti vomitu:⁊ appetit quiesce
re vapora ipm cum seminibus cauliũ sticados arabico ci

nere de vitibus ⁊ lupinis ⁊ nitro: ⁊ stercore caprino: et farina fenugreci. ⁊ liniat etiã ex aqua cineris p spaciũ vni⁹ diei: aut duorũ. Ipa eni hui⁹ egritudis maximã resoluit ptẽ aut leuiorẽ reddit. ¶ De vulneribꝰ lũborꝫ. Cap̃. xciij

c **Vmaliquis** longo tempore supinus super dorsuꝫ iacet: loca renũ plerumqꝫ rubent ⁊ mala ibi fiunt vlcera. Cum ergo loca ista rubere cum augmẽto visa fuerint: miliũ siue panicum aut folia salicis sub eo sternenda sunt ⁊ ipse in die multoties est soluendus: loca quoqꝫ que rubent aq̃ rosata super niuem infrigidata rozanda sunt: ⁊ flabellanda sunt ipsa. Qd̃ si calor perseuerauerit: imponatur epithima de albubrati qd̃ in capitulo de apostematibus nominauimus. Et si vesice et vlcera ibi exorta fuerint: ex vnguento de cerusa curentur.

¶ De doloribus exteriorum membrorꝫ. Cap̃. xcv.

c **Vm dolor** in manu aut pede fit: eger interrogandus est si ex pcussione hoc ei accidit. Aut si aliquid sup ipm membruꝫ cecidit. Aut si super ipsum diu iacuit: aut si contingit ex causa extrinseca. ¶ Si autem ab exteriori causa nõ contigerit: locus dolens cõsiderandus est. An sit magis rubeus: qꝫ reliquum corpus: aut nõ. Si eni toto corpore rubicundior fuerit: ex calidi apostematis medicamine curandus erit. ¶ Et si membrũ neqꝫ fuerit calidum neqꝫ rubeum: sed iã quotidie obfuscat: ⁊ siccat: aqua calida ab alto est sup ipm distillanda: ⁊ ex oleo ⁊ cera resoluta inungendum: ⁊ dimittendũ sic donec dolor sedetur. ¶ Qd̃ si locus quasi crossior videatur: ⁊ tactu etiã frigidus sentiatur frequẽter erit fricandus: ⁊ aqua calida in qua sansucus ⁊ camomilla: ⁊ sticados arabicus: cocta fuerint: ab alto vt diximus sup ipm erit distillanda ⁊ ex oleo de cheiri citrino inungendus. Regimẽ quoqꝫ eius subtiliandum erit. Ipse vero multo vtatur exercitio: ⁊ in balneo sudet. ¶ Si autẽ ista nõ suffecerint venter ex his soluat que humiditatem educunt. Membruꝫ preterea si tactu sentitur frigidum fricetur prius: ⁊ deinde inungatur ⁊ ex oleo costino ⁊ sambacino ⁊ oleo de ben tepidis ⁊ ex his similib⁹. Qd̃ si ista nõ suffecerint ex vnguentis que in capitulo de paralisi nominauim⁹ inungendum erit donec sanetur.

Tractatus. x.

55. continens capitula de febribus.

1 De prologo tractatus.
2 De febre ephimera.
3 De ethica.
4 De tertiana.
5 De causonide.
6 De sinocho.
7 De quotidiana que vocatur flegmatica.
8 De quartana.
9 De febribus continuis.
10 De febribus cõmixtis vel erraticis que accidunt de quinto in quintum diem vel de sexto in sextum vel per amplius spatium.
11 De febribus ex quibus accidit calor ⁊ frigus simul.
12 De frigoribus febrientibus ex quibus non calefit patiens.
13 De febre sincopali que fit de malicia humorum et eorum acuitate.
14 De febre sincopali qne fit ex multitudine humorum ⁊ cruditate.
15 De febribus q̃ comitantur apostemata.
16 De febribus que fiunt ex pestilentia.
17 De febrib⁹ cõpositis
18 De variol' ⁊ morbillo.
19 De his quorꝫ scientia ẽ necessaria ad regimen patientium egritudies acutas.
20 De signis bonis.
11 De signis malis.
12 De cognoscẽdo more febris.
13 De cognitione temporꝫ febris.
24 De cognitiõe digestiõis
25 De crisi.
26 De significationibus p nosticantibus crisim.
27 De cognitione speciei euationis per quam fit crisis.
28 De significationibus p nosticantibus bonitatem crisis vel malicia ꝫ vel perfectionem ipsius vel diminutionem.
29 De diebus creticis
30 De vrinis.
31 De egestionibus.
32 De pulsibus.
33 De generibus pulsuum que sunt decem.
34 De regimine patientiũ egritudines acutas.
35 De regine conualescentium.

¶ De prologo tractatus. Capitulum. j.

f **Ebricitantes** et precipue acute: non solum necesse est vt medicus sepe videat: sed etiã vt ei semper assistat. Nos tamen in hac pte ponemus summas ⁊ aggregationes vicem punctorꝫ ⁊ extremitatum continentes que vtiles erunt prudenti ⁊ vigilanti licet in hac doctrina nõ studuerit: nec sit ꝓm eaꝫ operatus. In pluribus enim medicorum cõsilio nõ indigebit atqꝫ erratiũ p eas cognoscet errorẽ: ⁊ perfectiõem necnon diminuti diminutionẽ: hec tam paucis comprehendemus verbis ⁊ distincte ac compendiose: quẽadmodum in alijs ptibus huius libri peregrin⁹: et dimittem⁹ valde subtilia ⁊ profunda: huius doctrine perscrutari. Hoc enim indiget: qui multa vult inuestigare. Ad ꝗ vero perficiendum diuino iuuabimur auxilio.

¶ De febre ephimera. Cap̃. ij.

b **Ec febris** nõ habet periodos. sed est vni⁹ periodus tantũ. Cuius ppria significatio est q̃ neqꝫ cum rigore neqꝫ horripilatõe incipit: ⁊ quod anteq̃ accedat precedat eã causa diuersa ab eo ꝓm q̃ currit cõsuetudo: sicut supfluus labor: aut ira: aut angustia: aut sollicitudo: aut vini puri vel multi potatio: aut qꝫ diu stetit ad solem: aut sub aere frigido: aut in aqua frigidissima: aut quia calidum apostema quod accidit ppter casum vel pcussionẽ in corpe precessit: aut fit ppter dolorem qui in aliquibus cõtingit membris: aut ppter repletionẽ ciborum multi nutrimẽti: aut crossorum opilantium: aut vehemẽtis caliditatis: aut ppter forte fastidium vel ppter frequẽtem ventris fluxum ⁊ vehementem: aut propter multã morã in balneo: aut qꝫ balniauit se in aqua inconueniẽti: vt sunt aque naturaliter calide: aut quia nõ balneauit se vt cõsueuerat: aut qꝫ medicinas calidas sumpsit: vel quia multũ comedit: aut propter coriçam ⁊ reumatismũ: aut qꝫ diu a comestione abstinuit.

¶ Vrina quoqꝫ in hac egritudine: neqꝫ in colore: neqꝫ ꝗꝫ substantiam: neqꝫ ꝓm odorem multũ mutatur ab hoc qd̃ consueuerat. ¶ Calor etiã cum corpus egri tangitur: neqꝫ supfluus: neqꝫ mordicatiuus sentitur. ¶ Cum autẽ egritudo minui incipit sudoris pronenit multitudo: aut si nõ aliud cutis saltẽ humectatio aut resudatio: deinde sedat perfecte. ¶ In hac ꝑterea febre: neqꝫ multus est timor: neqꝫ est mala. Quandoqꝫ tamẽ in alias malas transit febres cum ⁊ ipsius regimine ⁊ curatione error contingit.

¶ Cum ergo aliquis hanc febrẽ causa laboris ĩcurrit: oportet vt cuꝫ minui febris eius ceperit eger balneũ ingrediatur: ⁊ in domo media sedeat iuxta porta: per quã reditur ad domũ primã que ante facie ipsius aperienda est. Ad vltimum quoqꝫ locus sit talis in quo delectet ⁊ ne vllo modo sudet si possibile est: neqꝫ inflammet: neqꝫ estuet: neqꝫ cogatur anhelare vehemẽter. Sit autẽ locus talis ĩ quo ipsum diu morari fit possibile vbi ⁊ semicupium tepidaꝫ continens aquã in qua delectetur ingrediatur. ¶ Corpori vero ipsius aque tepide multitudo supperfundatur: ⁊ p̃ matur molliter: deinde corpus ipsius abstergatur: et ex oleo violato tepefacto inungatur: ⁊ maxima sollicitudo adhibeat p̃ cipue circa iũcturas ⁊ colli spõdiles ⁊ dorsi.

¶ Postq̃ autẽ hoc aliquibus horis factũ fuerit: iterum in aquã tepidam mittendus est: ex ea sup ipsuꝫ aliqua hora fundendum: deinde redeundũ est ad inungendũ. Longitudo quoqꝫ fundendi aquam super eum ⁊ inungendi ex oleo ⁊ breuitas fint ꝓm laboris vehementiã ac ipsius debilitatem. ¶ Post hoc vero egrediat balneũ: ⁊ nutriatur

ex oleribus ⁊ fructibus recentibus ⁊ carne pullina ⁊ edina ⁊ piscibus que vocant eçie ⁊ ipsi sũt bonie: ⁊ abstineat a cibis calefacientibus. ¶ Et si nõ consueuit vinum bibere sumat in potu iulep factuz de çucharo taberçet ⁊ aqua rosata. Si autẽ solitus fuerit bibere vinũ: sumat ex eo minus solito: qõ tamẽ plus solito fit mixtum aqua. ¶ Lect⁹ quoqz eius mollior fit q̃z prius: ⁊ plus solito dormiat. Et si post aliquid de vestijs laboris ⁊ lassitudinis superfuerit: ad balneũ vt diximus ⁊ totum regimen redeunduz ẽ: donec se habet vt solebat.

Si autem hec febris causa vigiliarũ aut multe solicitudinis contingat eger postq̃z ipsa minui inceperit balneum ingrediat ⁊ sit in loco balnei. s. qualẽ supra diximus: nec cibetur oino: sed aqua tepida proprie sup dorsum ipsius fundatur: ⁊ nutriatur ex cibis similibus his quos predixim⁹ vt vinũ si bibere cõsueuit: mensurate sumat: ⁊ remoueatur ab hmõi solicitudine interpositõne verborũ ⁊ alicuius iocunditatis. atqz alicuius ludicri. Oleum quoqz violatum olfaciat et dormiat in locis suauiter redolentib⁹ ⁊ in strato molli.

Quod ex multa tristicia: aut ex multa ira fiat hec febris balneũ cũ minui ceperit ingrediatur: et intret semicupiũ aquã cõtinẽs calidam in qua delectet et aqua etiã sup ipsum in domo balnei existentẽ copiose fundatur. ¶ Ipse preterea in loco balnei moretur vbi neq̃z a vento neqz a frigore tangatur aut moretur in prima domo balnei in qua tamdiu sit donec cutis moll escat ⁊ rubeat parũ: deinde aquã frigidam subito ingrediat: ⁊ ab ea citissime egrediat. Cũqz egressus fuerit: aqua rosata ipsius capitu superfundat: ⁊ pectus ex sandal ⁊ aqua rosata ⁊ camphora liniatur: ⁊ in potu granati muçi succum sumat ⁊ ei fil'es potus: aut rob qõ fit de ribes: ⁊ macianoꝝ acetosorũ ⁊ acetositatis citri: ⁊ nutriatur ex oleribus frigidis ⁊ aceto: ⁊ ex oleo confecto cũ çucharo: ⁊ ex oleo amigdalino. A vino aũt oino abstineat: nisi maximũ inde cõsequat nocumẽtũ. Qõ si inde cõsequat cũ succo granati misceat ⁊ sup niue infrigidet: ⁊ ex aqua frigida multũ bibat: ⁊ cũ biberit vinũ: granata acetosa in aqua frigida ablata comedat deinde aqua rosata sup ipsum rozet: ⁊ ingeniet qualr eius ira q̃tumcũqz possibile fuerit sedet.

Cum autem hec febris ex multi vini potatione superuenerit: aut fortis et puri. Egro aliquid de potibus quos nominauim⁹ simplices s. absqz alterius rei commixtione dandi sũt cũ aqua frigidissima mixti ex quib⁹ nõ impetuose sed paulatim bibat. Cũqz febris sedata fuerit balneũ ingrediat in quo moram faciat in domo temperata stando sicut ostendim⁹: ⁊ multa aqua sup ipius caput fundat. ¶ Et nutriatur ex tapsil adesia citrina infrigidatis ⁊ his similibus ex reb⁹ frigidis mixti cũ succo ḡnatoꝝ: ⁊ succo ribes: ⁊ vue acerbe ⁊ succo ⁊ ex piscib⁹ qui vocant açie coctis cũ aceto ⁊ olfaciat oleũ violatũ: ⁊ dormiat diu. Cumqz expergefactus fuerit: balneum iterũ ingrediatur: ⁊ ad predictũ redeat regimẽ. A vino autem omnino abstineat: ⁊ in potu rob de fructibus sumat. Si autẽ in capite fuerit grauitas: ⁊ in oculis rubedo ⁊ extensio: sanguis extrahat cũ flebotomia ⁊ vẽtosis. Eiusqz regimen totum fit vt diximus. Venter quoqz ex succo fructuum soluatur.

Cum vero aliquis hanc febrem incurrit ex multo motu: aut deambulatõe nimia sub sole: aque rosate pars vna sumat: ⁊ olei rosei pars media et aceti ptis vnius quarta. ⁊ in ampullã vitreã mittãtur: ⁊ concutiant donec inspissent: ⁊ ex eis in niue infrigidatis super ipius sinciput paulatim fundat. Panis quoqz eis infusus in niue infrigidetur. ⁊ a principio accessionis vsqz ad quietez capiti supponat. ¶ Postq̃z vero quieuerit febris eger balneũ ingrediatur: ⁊ sit in loco tpato vt diximus: vbi aqua tepida sup totũ corpus ipius: ⁊ precipue sup caput fundat. In potu autẽ sumat frumentum fractũ coctum in aqua: qõ tamẽ prius sit multotiẽs ablutum cuz aqua calida: cui postq̃z coctum fuerit multa aqua in niue infrigidata admisceatur ex qua eger vsqz ad satitatez sumat: cũqz febris cessauerit: ex cibis q̃s p̃diximus natriat.

Cum autem aliquis hãc patiẽ febrem eo q̃ sb̃ frigido aere longã fecit moram: totũ corpus eius a principio febris vsqzquo sed et sepe fricandus est. nõ tamẽ duriter. Cumqz febris cassat domũ calidam balnei ingrediat in qua moram faciat donec sudor egrediatur. Postq̃z autẽ sudor egressus fuerit: corpus ex oleo tepido cũ fricatione inungatur: donec sudoris multitudo egrediat: deinde ex aqua calida locus abstergat. et indutus egrediat: ⁊ eousqz dormiat donec iterꝝ sudet. Post hec in comestione cibos sumat subtiles ex quibus qõ leue ẽ. i. parũ comedat: ⁊ cũ mẽsura sumat. Vinum vero forte bibat: ⁊ si ex febre ⁊ fractione aliquid redierit ad balneũ ⁊ ad totũ regimẽ qõ prediximus redeundũ est.

Si quis vero hunc febrẽ propter aquas naturaliter calidas patiat: si fuerint aque ille tales ex admixtiõe açegi: aut salis: aut ferri: aut aliarum rerum que corporis superficiem exasperare et cõtrahendo rugare cõsueuerũt: eodem est regẽdus regimine quo is q̃ hanc incurrit ex frigore. Oportet tũ vt locus balnei in quo hic in domo calida moram fit temperatus: ante portã suã: ⁊ sit porta sede dom⁹ coram facie ipsius aperta: ⁊ aqua calida sup ip̃m fundat: ⁊ in eã ingrediat ⁊ inungatur cũ oleo. ⁊ iteret effusio aque calide ⁊ introit⁹ in eã: ⁊ fricetur multũ vicissim donec pori aperiant ⁊ corpus tumescat ⁊ febris sedet: ⁊ corpus rubeũ fiat. Qõ post q̃z factũ fuerit egrediat. ⁊ indumẽtis suis indut⁹ dormiat deinde ex his que prediximus nutriat.

Cum autem aliquis hanc febrem incurrit ex comestione calidorũ ciborum: oportet vt postq̃z febris quieuerit. ex aqua ordei multũ bibat. ¶ Cuius nutricatõ sit post febris sedationẽ cibus cũ aceto cõditus in quo nõ est caro. Et est ingeniandũ qualiter eius vẽter solui possit ex prunis ⁊ tamarindis: ⁊ çucharo tabarçet: syrupum quoqz acetosum simplicem de çucharo bibat: ⁊ comedat granata muça ⁊ acetosa: ⁊ oia alia poma his similia. Ab omnibus vero cibis q̃ corpus calefaciũt abstineat: febris enĩ hec proprie: ⁊ illa que ex fortis vini potatione accidit vtreqz in putridam cito mutantur febrem.

Cum vero aliquis hac febre laborat: eo q̃ plus solito comedit: aut cibum multũ nutrientẽ: aut crossioris nutrimenti sumpsit: quia hec species ephimere plerũqz adeo p̃ multos dies fit mansiua vt sinochus esse videatur: nõ est expectandum donec febris a corpe recedat: immo venter egri ilico ex succo frucuũ sicut nominauim⁹ ẽ soluendus ⁊ syrupus acetosus est sumẽdus: ⁊ ex ptisana tantũmodo nutriendus. ¶ Sed postq̃z febris alleuiari videtur aliquãtulũ eger in balneũ est mittendus: in quo nõ longam faciat moram: ⁊ sit in aqua tepida ⁊ ex ea sup ipsũ fundatur: cuius etiã corpus ex sulphure diu fricari cõuenit. deinde ex aqua lotus egrediat. ⁊ sic ad suũ redeat regimẽ ad ventris. s. solutionẽ ex succo fructuũ ⁊ ad syrupũ acetosũ in potu sumẽdũ. ⁊ ad nutriendum ex aqua ordei: cumqz febris parũ alleuiari ceperit balneum iterũ ingrediatur in quo longiorẽ q̃z prius faciat moram: ⁊ plus balneetur ꝓ q̃ febris diminui visa fuerit. ¶ In principio tũ huius febris absqz magna cautela balneũ minime ingredi debet. Obseruandum est enĩ ne in eo laborẽ patiatur et ne corpus calefiat. ¶ Qõ si cõtingat ip̃m in balneo horripilationẽ pati: ilico ẽ extrahendus: qõ etiã in omnibus q̃ bus post febrẽ ephimerã in balneo hmõi accidit horripilatio est obseruandũ: hoc nãqz accidẽs nõ eam ephimerã pati: sed putridã portẽdit. ¶ Ex his autẽ p q̃ singulatim ⁊ absqz vlla ambiguitate febris cognosci põt ephimera cũ alijs significationib⁹ quas prediximus: est vt egro cuz se balniauerit: nõ supueniat horripilatio. Cum enim

hec species ephimere cognita fuerit: ⁊ venter solutus: ⁊ vrina prouocata: ⁊ nutricatio subtiliata fuerit: ⁊ ordo intrandi balneũ ⁊ balneandi ꝓm febris diminutiões obseruatus fuerit adeo bene sanabit: q̃ in febre putrefactiõis minime transibit. Si autẽ in regimine error acciderit in febrem mutabitur putridam: que erit acuta: ⁊ sinocham. s. conclusam.

Si quis vero hãc patit' febrẽ q̃ ⁊ in comestiõe vna alqd comedit ex qu o grauare ceperit: si grauitas in superiorib⁹ sentit ventris: euomat illõ: aut supponatur collirũ: si in inferioribus sentit grauamen. Cũ q̃ passio minui ceperit. balneet. ⁊ somn⁹ augmẽtetur: ⁊ nutricatio subtilet. ⁊ p aliquot dies a labore abstineat et ex aliquibus cibis qui vẽtrẽ parũ soluũt moueat. De his quos in hoc nominauim⁹ libro: vbi de sanitatis custodia tractauim⁹

Qui autem hanc incurrit febrẽ cã apostematis qõ in aliquib⁹ fieri cõtingat mẽbris ex pte cõtraria minuend⁹ ẽ ⁊ apostema illõ infrigidãdũ quemadmodum in capitulo de calido apostemate ostendimus. Balneus nullo modo ingrediatur: neq̃ bibat vinum: donec apostema illud sedetur et eius igneitas reprimatur. Venter vero soluatur et calor extinguatur sicut docuimus et cibis infrigidãtibus nutriatur.

Cum aũt aliquis hac febre laborat causa doloris qui in qnibusdam contingit membris: que sit causa doloris considerandum est. Si enim ẽ apostema calidum aut crossa ventositas: aut humor mordicatiuus. Aut quia multum comedit: aut siccitas magna que loco dominatur: aut complexio mala calida: aut frigida simplex: aut cum materia ad ipsam causam remouẽdam est omnino intendendum quemadmodum in capitulo de causis dolorum ⁊ earum curis docuimus. Febris enim ilico sedabitur cum causa remota fuerit. Cumq̃ febris quieuerit: eger leuiter balneetur: et ex cibis quorũ fecimus mentionem nutriatur.

Qui vero hanc incurrit febrẽ: quia balnei vsũ vt consueuerat pretermisit: in balneum mittendus ẽ: donec febris reprimatur: vbi multitudo dulcis aque tepide super eum fundenda est. Ipse quoq̃ ex furfure ⁊ semine melonum et pauco nitro diu est fricandus: deinde egrediatur: ⁊ ex cibis extinguentibus nutriatur: ⁊ vinũ alũ et clarum bibat valde temperatum. In mane quoq̃ iterum ad balneum eat: deinde ab eo egrediatur ⁊ sic ad cõsueta redeat.

Qui autem hac laborat febre: quia multaꝫ famẽ aut sitim passus est: si cum sola dolorositas et lassitudo ⁊ fractio eũ inuaserit anteq̃ febris in eo sit confirmata inueniatur: triticum fractum multa aq̃ ablutum ⁊ coctum ⁊ in niue infrigidatum: dandum est: et çucharum tabarçet. Si autem non inuenit nisi postq̃ febris in eo inflammata fuerit: precipiendum est ei sepe ex aqua frigida paulatim bibere: donec febris reprimatur: deinde per aliquantulum temporis: in aquam tepidã est mittendus: et aqua super eum fundenda frigiditate cui⁹ non ledatur: postea ptisanam bibat: et ex cibus humectantibus nutriatur: ⁊ a labore abstineat donec sanitati restituatur.

Cum vero aliquis hanc patitur febrẽ ex coriça que ei accidit flebotomandus est licet paruum a precedenti minutione intercesserit spacium: aut etiam flebotomiam pati nõ poterit cum ventosis sanguis extrahatur ⁊ a carne ⁊ si vino abstineat: ⁊ aquam ordei bibat: ⁊ venter ex his que in capitulo de coriça nominauimus soluatur. Pectus quoq̃ eius mollificetur ⁊ tussis sicut ibi docuimus sedetur. Cũq̃ ad salutem puenerit reumatismus digestus fuerit. ⁊ tussis sedata: et febris quieuerit: in balneum est mittendus: et ordinatim ad consueta paulatim reducendus: huiusmodi autem febris cura non est negligenda. Ex ea enim pleruq̃ puenitur ad pleuresim vel ad periplemoniam.

Sed quis hactenetur febre pter fastidium. he enim febres cum ructus fuerint fumosi ⁊ fetidi inuadere solent: ⁊ vix accidunt cum acetosi fuerint. si venter postea solutus fuerit per se alia nõ indiget cura: nisi vt parum aque calide sorbendo trajciat: et balneetur: ⁊ ex cibis infrigidantibus qui neq̃ cito corrumpantur: neq̃ conuertãtur nutriatur: sicut sut ea que ex succo vue acerbe et sumach. ⁊ granis granati: ⁊ his similib⁹ preparantur. Potus quoq̃ bibat que his inueniuntur similes. A labore autem ⁊ statione ad solem. ⁊ coitu abstineat. Qõ si venter pse non solutus fuerit ex medicinis quas in capitulo de custodia sanitatis nominauimus soluẽd⁹ ẽ.

Si autem hec febris superuenerit alicui in cuius stomacho aliquid cõtineatur: qõ euomi possit: ex aqua calida sorbeat. et cuꝫ ea ipsum euomat Et si grauitas in inferioribus ventris partibus sentitur. collirium alipõ supponatur. Cumq̃ vẽter prout oportet mũdificat⁹ fuerit: ⁊ cũ h̃ neq̃ ruct⁹ fumos⁹ neq̃ gũitas neq̃ mordicatio in ventre sentitur: neq̃ nausea: balneand⁹ est eger. ⁊ nutriendus. et regendus eo regimine qõ prediximus.

¶ Is quoq̃ cui hec febris accidit causa frequenter astellãdi: ex his que in suo nominauimus capitulo curand⁹ erit. Cumq̃ ipsius febris repressa fuerit: in balneũ mittend⁹ erit. ⁊ ex rebus quas in hoc libro nominauimus nutriendus. ¶ Sunt preterea ex hominibus quidam qui cum cibos multi nutrimenti frequenter comedunt. vt sunt carnes graues crosse: et pulses valde spisse. ⁊ frumentuꝫ coctum: ⁊ vinum crossum: hanc incurrunt febrẽ. Quapropter hi a crossorum ciborum assiduatione abstinere debent. et ex carne hedina ⁊ pullina nutriendi. ⁊ syrupum acetosum bibere debent. ⁊ de vino sumere debent: qõ iã peruenerit ad subtilitatem. ⁊ claritatem. et in profunduꝫ penetrare potest. Is quoq̃ qui a predictis leditur: ante comestionem vti exercitio debet: ⁊ ventris solutionem ⁊ flebotomiam assiduare. Si enim nihil negligens affuerit. egritudines incurret acutas ⁊ pessimas.

¶ Sunt etiã ex hominibus alijs qui cum laborem aut vigilias patiuntur. aut eorum tardatur comestio. aut ex cibis subtilibus. aut siccis nutriuntur ad febrem deueniũt. Quapropter huiusmodi hominuꝫ genus ab his rebus abstinendum est. Cumq̃ febris eos inuaserit succurrendum est cito cum eis que corpus humectant. Ex hoc ẽ si neglectum fuerit. ad ethicam deuenient.

¶ De febre ethica. Cap. iij

Cum febris tribus diebus aut amplius p manserit. neq̃ se mouerit. neq̃ calor eius. neq̃ inflammatio vehemens fuerit neq̃ accidentia que febres acutas comitari consueuerũt cum ea affuerint vt est pulsus magnitudo ⁊ caliditatis. et inquietudinis vehementia. ⁊ anxietas. ⁊ lingue siccitas. atq̃ eius nigredo: ipsa tamen sic vno modo perseuerauerit. neq̃ potest in ea deprehendi dimissio aliqua: neq̃ paroxismus. preter hec etiam ipsa inuenitur quieta. ⁊ quasi tepida: tunc ethica adesse creditur.

¶ Est itaq̃ ipius veritas sic experiẽda. Egro vt in diuersis comedat horis. est precipiendum. Qõ si inuentus fuerit semper post comestionem a febre magis infestari ethicam proculdubio esse pnunciandum est. Qõ si cum hoc etiam facies eius tam exteruata esse videatur. ⁊ oculi cõcaui ⁊ caro imminuta atq̃ cutis deficcata fuerit ethica tã non est in eo in principio. immo in ipso confirmata est. ⁊ operata. ⁊ diu est ex quo ipm inuasit. hec autem febris in principio sui cum nondum. scilicet ad ariditatem perue

Nõ optima e ... ad ... ethic ... q̃ sanc finalis est ...

Nõ. ad cognosc ... Secũdũ ipsũ et ...

nit curabilis est: Ptisis itaq; signa cognoscenda sunt vt dum aliquis de egri sanitate confidit ad eam curandam properet.

¶ Dicemus igitur q; cuius quidem ethica in ptisim transit: tempora vehementer plana fiunt: ⁊ oculi concauant: et nares subtiliãtur: ⁊ fiunt tornatiles: ⁊ aures minorantur ⁊ earum corpus subtiliatur: faciei quoq; ac frontis tẽditur cutis: ac si esset corium qõ super ossa faciei deficcatum foret: et totum corpus similiter a carne nudum existit.

¶ Collum preterea tenue fit. ⁊ epiglotis foris prominet. Cumq; pectoris ossa tactu aut visu considerata fuerint: vnumquodq; eorum cum suis extremitatibus notari poterit. ⁊ postremo corpus non videtur nisi corium ⁊ ossa.

¶ Eiusq; vox ex illis auditur ⁊ debilis. ⁊ virtus oino destructa videtur. ⁊ pulsus subtilis: ⁊ debilis. ⁊ cum hoc etiam durus.

¶ Horde quoq; manifeste apparẽt quia caro dissoluta ẽ et vene similiter. ⁊ cum hoc a sanguine vacue neq; earũ concauitas magna rei capax existit.

¶ Pulchritudo quoq; atq; claritas ab ipsius corpore oino recesserunt: ⁊ cutis deficcata est: et cuti existentis in senio similis facta est.

¶ Venter etiam eius attenuatur ⁊ debilitatur donec videatur ac si costis adhereat: ⁊ qõ nihil in se contineat.

¶ Mirach preterea ventris in tantum subtiliatur: vt nõ videatur esse nisi solũmodo corium. et preter hoc spasmatur ⁊ deficcatur.

¶ Ossa quoq; raschete: ⁊ pectinis manuum plerũq; apparent ⁊ vngues curuantur.

¶ Eum vero capilli cadunt alicui: ⁊ vẽter soluitur: mors ei propinqua est.

¶ Cũq; corpus ad hũc diminutionis ⁊ debilitatis venerit terminũ nunq̃ sanari poterit: neq; meliorari. Sed dum carnis ⁊ sanguinis pulchritudinis ac virtutis reliquie in eo inuenium: ⁊ qõ ex predictis significatiõibus apparuit neq; vehemẽs est. neq; confirmatũ: sanari põt: ⁊ ad suam redire dispositionẽ si ei vt oportet subueniatur.

¶ Cum autem nõ fuerit multa debilitas neq; multa macies: neq; longum intercesserit spacium ex quo pati ceperit nec etiã ex signis ethice aliud apparuit: nisi quia febris lenta adest que iam per aliquos perseuerauerit dies. ⁊ postea parũ siccitas ⁊ macies inceperit: huiusmodi patiens leuiter ⁊ cito sanitati restituetur: si deus voluerit.

¶ Hac igitur febre laborantis in primis aqua ordei danda est: ⁊ postq̃ ipa de stomacho descenderit: ex piscib⁹ qui eçie vocantur: sup prunas assatis aut in veru nutriend⁹ est. ⁊ ex oleribus frigidis ⁊ humidis ⁊ portulaca: ⁊ moluchia: ⁊ lactuca ⁊ cucurbita: ⁊ cucumeres: ⁊ citrulli: hic q̃q; quotidie anteq̃ comedat balneũ ingredi debet. vbi in loco moretur in quo a calore ledi non possit ⁊ in aquã tepidam: p aliquod spaciũ similiter mittẽdus est deinde ex oleo vio. inunguendus.

¶ Domus vero in qua moratur talis sit. Cuius aer frigid⁹ sit ⁊ humid⁹: ipsiusq; paulimẽtũ ex rebus viridibus q̃ frigide sint ⁊ humide sit stratum.

¶ Pãni quoq; aqua ro. infusi in niue infrigidata in qua cãphora ⁊ sandali dissoluti sint: pectori superponantur. Qõ tamen fieri conuenit cum stomachus alleuiat⁹ fuerit. ⁊ cibus ab eo descenderit: ⁊ etiã anteq̃ comedat. Cũq; predicti tepefacti fuerint: panni mutandi sunt. Qõ tã diu fieri conuenit: donec frigiditatem sentiat eger iam ad multam sui corporis pfunditatem peuenisse. Qõ si ppter huiusmodi curam supueniat ei prius horripilatio: ⁊ postea accidat ei caliditas: tepefiant parum ⁊ postea pectori superponantur: neq; remoueãtur: nisi cum deficcati fuerint aut multum calefacti.

¶ Oleum preterea vio. ⁊ oleum de seminibus cucurbitarum in potu danda sunt: ⁊ lectus soluto mollior fiat: ⁊ q̃ tum plus poterit: longo tempore dormiat. A vigiliis autem atq; cogitatione ⁊ a motu ⁊ coitu ⁊ a statiõe in locis calidis ⁊ fric. ⁊ fame abstineat. Si autẽ cũ hac febre fuerit nocumẽtũ: ⁊ acuitas atq; calor trocisci de cãphora quotidie in matutinalibus horis in potu tribuant. Cũ autem sol ortus fuerit: aquã ordei bibat.

¶ Alque vero quã in nocte bibitur⁹ est: iulep cum mucillagine psilij admisceatur: neq; cessandum est: immo importune instandum in pectoris infrigidatione. Unde ex frigidis epithimatibus: ⁊ ex oleribⁿ instanter epithimãdũ.

¶ Cibaria vero nõ semel sunt tribuenda: sed ad multas vices partienda: ⁊ precipue si estas fuerit. Ex quibus eger non tantum semper sumere debet q̃tum est ei necessarium: et sibi caueat ne semel tantum comedat q̃tum id est quo eget.

¶ Ex aqua quoq; frigida paulatim in potu sumat: neq; famen aut sitim vllo modo patiatur. ⁊ ab omnib⁹ que calefaciunt ⁊ defic. oino seperetur.

¶ Cum autem ethica iam meliorata fuerit: ⁊ obfuscatio ac carnis diminutio manifeste apparuerint. verũtamen ad terminũ fm quẽ ipsam diximus esse insanabilem nõdum pernenit: ea labor ans eodem indiget regimie quo ⁊ predict⁹. Oportet tũ vt sup eũ fiat assiduatio. ⁊ perseueratio et frequentatio ⁊ perueniatur cum eo ad vltimũ: ⁊ mittatur in balneum ⁊ in tinam bis aut ter in die: nisi in tali disponat manere loco in quo caliditas nullo modo eum ledere possit: neq; horripilatio inuadere. Nos enim neq̃q̃ voluimus ip̃m intrare balneum: nisi cũ semicupium inuenire non possumus neq; aquam super eum fundere vbi horripilatio eũ inuadat. Sudare autem ⁊ aerem attrahere calidum omni re ei deterior existit.

¶ Hanc itaq; patiens febrem in balneum mittatur ⁊ semicupium postq̃ duarum horarum spacium preterierit: ex quo aquam ordei in potu sumpsit: ⁊ cũ de semicupio egrediatur ex oleo violato inungatur.

¶ Cumq; venter ab aqua ordei alleuiatus fuerit: neq; in ructu sapor vllus remanserit iterum ad balneum ducat. ita tamen vt in eundo minime laboret: deide mittatur in semicupium: et de aqua tepida tamdiu super eum fundatur donec ipsius corpus incrassetur: ⁊ parumper rubere incipiat. Postea vero in aquam frigidam semel submergatur. A cuius tamen frigiditate non ledatur: deinde ipsius corpus ex oleo violax ⁊ ei similibus oleis inungatur.

¶ Vsus preterea regendi ipsum in balneum: incrementum recipiat.

¶ Cumq; ab eo egressus fuerit: ex eis que diximus et fm mensuram quam diximus: cibetur: ⁊ taceat in domibus trãquillis humidis bene olentibus: in quibus sit aeris paucitas. Ante ipsum vero panni frigida infusi aqua: et parapsides magne ex ea plene ponantur aut lacune fiant coram eo.

¶ Folia quoq; vitis et salicis: atq; rosarum ⁊ violarum: et susibium ⁊ his similium coram eo sternantur. In tempore vero hiemis non fit in eius mansione ignis: neq; fum⁹ sed frigidum attrahat aerem. hec enim maior eius existit cura. Quia propter hoc ita cõseruatur: qõ nõ oportet eum emplastra ⁊ epithimata frigida que prediximus exteri⁹ ad cordis confortationem apponere.

¶ Ex pãnis quoq; calidis ⁊ in pondere leuibus cooperitur corpus ⁊ precipue caput ne coriza aut catharr⁹ ei supueniat ⁊ extremitates leuiter comprimantur: patiens q̃q; oleum de cucurbitis cum oleo menufarino conditum: olfaciat ⁊ dormiat diu.

¶ Qõ si magnum diei superfuerit spacium: voluerit q; iterum anteq̃ cenet tinã ingredi faciat: quia cõferret ei. Et si non comedat ⁊ ante comestionem nõ ingrediatur balneum: ⁊ dormiat diu.

¶ Si autem siccitas ⁊ macies iam vehementer eum occu-

pauerunt:lac caprinum super ipsius corpus mulgeatur: ex eo liniatur. Itq; aque que est in semicupio ex ipso aliquid admisceatur. Cumq; de semicupio egressus fuerit: ex oleo violato aut de cucurbita: aut de nenufare inungatur. Si vero neq; caliditas neq; acuitas fortiter fuerit vinum album ⁊ subtile: qd̃ tã aque frigide habeat admixtũ vt sapor vini abscondatur: bibat.

¶ Sed si acuitas fuerit manifeste: iulep de çucharo cum aqua frigida in potu ei tribuatur. ⁊ ne venter eius soluatur. sũmopere est cauendum. ad cuius constrictionem si solui ceperit: est festinandum.

¶ Huic preterea plerumq; si calor fuerit fortis: confert lac vaccarum iuuenilis etatis de quo butirum vehementer extractum est si fuerit acetosum ⁊ aqua ordei in potu est tribuenda. Et si venter solutus fuerit ipsam cum tortellis sumat. Et est necesse cum hoc quod diximus: vt ad infrigidationem ⁊ caloris extinctionem studium impendat.

¶ Cum autem huius vrina fuerit oleagina aut in eius superficie petala apparuerint vnctuosa: aut frusta carnis fitis similia aut aliquid simile furfuri in vltimo in huius regimine est insistendum.

¶ Sed si quis hac laborans egritudine corpus habuerit vehementer siccum ⁊ vehementer macrum: neq; fortis calor in eo fuerit: lac calidum ita vt ab vberibus extractum fuerit si in potu sumatur: aut cum eo micas panis comederit: conferret ei.

¶ Omni vero lacte ad hoc asininus melius existit. Et post ipsum est caprinum. In lacte vero recente duo sunt obseruanda: ne scilicet in caseitatem transeat: ⁊ ne conuertatur. Lac autem quod prediximus cum in stomacho fuerit: non transit in caseitatem: nisi raro. Qd̃ etiã nunq̃ in caseitatem mutabitur: si parum çucheri ei misceatur.

¶ Cum autem a lactis conuersione quis egrum custodire voluerit: eius dispositionem in caliditate quotidie tangẽdo consideret: ⁊ qualiter aerem attrahat: attendat: eiusq; pulsum inspiciat: ⁊ vrinam: atq; sitis ipsius quantitatem. Si enim inuenerit hec omnia maiora q̃ prius essent anteq̃ lac biberet: ⁊ vehementer augmentata fore: a lacte predicto erit abstinendum: ⁊ lac acetosum absq; butiro: aut aqua ordei in potu erunt tribuenda: ⁊ trocisci de spodio. ⁊ his similia.

¶ Venter quoq; si strictus fuerit cuꝫ apoçimate: aqua prunorum ⁊ terentabin erit soluendus. Qd̃ eousq; fieri conuenit: donec predicta remoueantur accidẽtia. Post quorum remotionem: ad lac redire est ei precipiendum: hec est eorum summa que ethicam patientibus adhiberi conueniunt.

¶ Cum autem aliqui ethica laborantes ad hoc deuenerit vt ossa rascete ⁊ pectinis manifesta appareant: ⁊ pulsus deficiat: ⁊ mirach ventris costis abhereat: omniaq; eorum ossa manifesta videantur ⁊ subtilia: non est in eis laborandum vt ad sanitatem perueniant: sed vt quoquo modo sustententur. Qd̃ fit ex nutrientibus que velociter penetrant: ⁊ ex bonis odoribus.

¶ Caro quoq; pullina sumenda est ⁊ in parua frusta incidenda ⁊ succus ab ea paucum salem habente extrahẽdus quemadmodum ab alia carne succus extrahi consueuit: aut fiat hoc ex carne rubea que in collo edi reperitur. Deinde huic succo parum de succo pomorum: aut citoniorum: ⁊ parum vini admisceantur aut tortella bene trita ei admisceatur: ⁊ sic bibatur: aut sorbeatur.

¶ Camisias preterea tinctas induant que ex sandalis: aut musco: si non capitis dolorẽ fecerint: sint ifecte: fumigiũ quoq; ante eos fiat ex xiloaloe: ⁊ nere ⁊ ante eos. ⁊ in eorum circuitu ponantur odorifera ⁊ confectiones odorifera. ⁊ aqua rosata super eos roretur ⁊ olfaciant cibos odores habentes desiderabiles: sicut est cibus qui fit de carne epatis ⁊ pulmonis minutim incisa: ⁊ postea in frixorio cum ouis ⁊ croco ⁊ aceto cocta ⁊ intestina ex carne frustatim incisa plena ⁊ cusabegi: pulli quoq; assandi sunt: ⁊ coram ipsorum facie scindendi: ex quorum pectore carnem masticando succum solum trahiciant carnem autem pijciant si multum fuerint debiles.

¶ Q; si quis ex his aliquantulum fortior fuerit: pulli cum aqua ⁊ sale coquantur: quorum pectora postea contusa cum iure exprimantur: quorum succus cum coriandro et pauco cinamomo conditus ⁊ vinum atq; tortellas habẽs admixta in potu tribuatur.

¶ Vnus autez ex veteribus medicis retulit: se vidisse vnũ virum: ⁊ multos pueros: qui postq̃ ad ethicam ad hanc deuenerant dispositionem: sanati fuerant. Ego tamen nunq̃ hoc vidi: neq; credo verus fore ⁊ precipue postq̃ puerilem transierit etatem.

¶ Trocisci de camphora qui cum sint cordis: epatis ac pectoris infrigidatiui ethice que est cum ardore conferunt. ℞. rosarum rubearum. ʒ. x. spodij albi quod sit magnum frustum: seminis cucumeris. amborum ana. ʒ. v. seminis lactucarum. ʒ. ix. seminis portulace. ʒ. vj. seminis endiuie. ʒ. ij. seminis dulcis cucurbite. ʒ. vj. terentabin. ʒ. x. camphore. ʒ. s. Ex his omnibus cum mucillagine psilij confectis informentur trocisci: quorum quisq; duas ponderet dragmas.

¶ Q; si venter solutus fuerit: ex istis alijs trociscis de spodio qui sunt constrictiui detur. ℞. puluis rosarum rubearum spodij: amborum ana. ʒ. v. boli armeni: gummi arabici. amborum ana. ʒ. ij. succi berberis: succi sumach: amborum ana. ʒ. iij. balaustie. ʒ. j. ⁊ ʒ. s. seminis coriãdri in aceto infusi ⁊ postea torrefacti. ʒ. ij. seminis acetose excorticati. ʒ. iij. fiant trocisci: quorum quisq; duas ponderet. ʒ. ex quibus vnus in mane: ⁊ alius post solis occasum cuꝫ rob simplici de citonijs: aut de granatis aut de ribes sumatur

¶ De febre que duobus diebus inuadit ⁊ vnum intermittit ⁊ vocatur tertiana. Capitulum. iiij.

h **Huius febris principiũ** cũ forti accidit rigore ⁊ pauco frigore sicut est dispositio pedis cum obstupescit: sed non prolongatur diu sicut frigoris spacium prolongatur: sed corpus cito calefacit adeo vehementer: vt si corpus egri tangatur: manus mordicationem sentiat caloris accidit autem plerumq; vt eger in tempore vehementie caloris huius febris ⁊ in eius fine: inaniter loquatur ⁊ precipue si calide fuerit complexionis. Plerumq; etiam ex ea accidit nausea: ⁊ estuatio: et vomitus colere rubee.

¶ Venter quoq; quandoq; soluitur: et egreditur colera citrina.

¶ Pulsus vero in statu huius febris inuenitur magnus ⁊ velox: ⁊ feequens: sed tamen equalis.

¶ Vrina quoq; in colore est ignea: sed ꝑm substantiam nõ est spissa: habet tamen fetorem ⁊ odorem maluꝫ ex putrefactione. Vrina tertian

¶ Hec autem febris sepius euenit complexionem habentibus calidam ⁊ siccam: ⁊ qui multum perpessi fuerunt laborem ⁊ vigilias ⁊ ieiunium: ⁊ ex cibis calidis nutrimentum sumpserunt: ⁊ vinum forte ⁊ vetus biberunt: in regionibus ⁊ temporibus in caliditate distemperatis.

¶ Hec preterea febris non infestat egruꝫ vltra horas. duodecim. quinimo sepe in horis pauciorib̃ istis ipsius remouetur paroxismus vsq; ad octo videlicet horas. Cum q; hora recessionis aduenerit: cum sudore remouet: et quando separatur a corpore: pulsus ab ea mundificatur. Cum igitur hec accidentia cum febre inuenuntur: aut ex eis plura sciendum est febrem esse tertianam. Qd̃ si cum predictis accidentibus aut pluribus ex eis contingat: tertianam in illa hora multis euenire absq; omni dubitatione sciendum est ipsam esse tertianam: ac si vidisset eã vna die infestasse ⁊ alia quieuisse.

¶ Cũ igitur eger taliter dispositus fortis inuenitur: fuerit q3 diu ex quo nõ fuit solutus de mirobalanis citrinis.ʒ.x. in aqua feruẽte die ⁊ nocte infundat deinde manibus fricatũ coletur; cui.ʒ.xx.ex tereniabin misceantur: ⁊ in mane in potu tribuatur. Scamonee quoq3 recentis anthiochene ⁊ bone quarta.ʒ.vnius in tanta quantitate iulep.⁊ aque que semel sorberi possit dissoluatur ⁊ ad bibendum tribuatur.donec vehementer soluatur.Cum enim hoc factum fuerit aut febris nullo modo accedet: aut parumper alleuiabitur deinde ex toto regimine quod narro regendus est.

¶ Si autem eger fuerit delicious aut debilis et tempus fuerit ẽstas:circa vnamquamq3 noctem pondus.ʒ.x.tamarindorum:⁊ pruna sicca:⁊ crossa viginti sumantur:et in duabus libris aque vsquequo sint dissoluta coquantur:deinde manibus fricata colentur ⁊ misceantur huic colature çuchari tabarçet.ʒ.decem ⁊ in potu anteq̃3 dormiat sumatur.Cumq3 mane factum fuerit ⁊ sol eleuari ceperit ex aqua ordei ꝓm magnam quantitatem bibat:⁊ in loco bene quieto vel olente morietur: donec cibus digeratur:deinde ex oleribus frigidis; ⁊ musaguarat in quibus non est amaritudo nutriatur.

¶ Et a cibis in quibus est caro abstineat: ⁊ comedat medullam cucumeris:et citrulli:⁊ de succo cucurbite in tempore suo bibat: de succo cucumeris saracenici: et sumat in potu aquam cum iulep ⁊ sirupum acetosum ex çucharo aqua bene temperatum.

¶ Modus quoq3 infrigidandi ⁊ extinguendi ꝓm febris calorem obseruetur.

¶ Venter preterea si p se semel aut bis aut ter quotidie soluatur.Apoçima prunorum non est dandum: sed ex alijs est regendus.In loco quoq3 apoçimatis prunorum: succus granati muçi cuʒ mucillagine psilij est tribuendus.

¶ Epati preterea in nocte in horis scilicet cum venter a cibo vacuus est:pannus sandalis ⁊ aqua rosata infusus est superponendus.Sitq3 inter comestionem: et inuasionis principium longum tempus: videlicet nutriatur tribus horis vel duabus antequã febris accedat aut postq̃3 recesserit.

¶ Hic autem eger ab omnibus calidis est abstinendus: ⁊ in loco frigido sit semper eius mora.

¶ Q̃ si febris cum magno ardore ⁊ calore esse videatur: ex succo cucumeris saracenici:aut cucurbite: aut citroli: ⁊ ex mucillagine psilij cum malis granatis: aut iulep plus erit dandum: ⁊ de aqua ordei plus bibendum. Si vero dies prolixus fuerit: aut eius cibus non cito digeritur:non conuenit tibi vt ex aqua ordei iterum ei tribuas post solis occasum.

¶ Trociscí quoq3 de camphora quotidie cum sirupo acetoso de çucharo in potu sunt dandi in mane anteq̃3 aquã ordei sumat per duas horas:aut ad minus per vnam horam.Cumq3 febris egrum dimiserit: Adhuc eodem regimine quo prius post febrem per tres dies erit regendus Quibus transactis pullina caro:aut edina est danda. Interim tamen a balneo ⁊ sole ⁊ vino est abstinẽdus: deinde ad consueta reducendus.

¶ De causonide. Capitulum. v.

℣ **Ec febris de genere** est tertiane: ea tamen fortior existit: ⁊ maioris caloris. Que quidem vna die fit validior. Alia vero minus calida. A corpore tamen non separatur:neq3 horripilatio cum ea accidit neq3 sudor nisi cum recedit. Alia autem tertiane accidentia sunt cum ea:vehementiora tamen ⁊ firmiora.

¶ Lingua preterea ac labia citrina fiunt:aut denigrantur: aut absq3 dubio exasperantur si febris non valde fuerit fortis.

¶ In huius vero febris curatione: tali indigemus regimine quale in tertiana predixímus. Est tamẽ in ea plus studendum: ⁊ diligentior cura est ei adhibenda: ꝓm q̃ est fortior illa ⁊ maioris incendij.

¶ Egro igitur in nocte ex apoçimate prunorum ⁊ tamarindorum quod predixímus est tribuendum: vsq3quo venter quotidie bis aut amplius soluatur: trociscí quoq3 de camphora: aut succus citrolorum: aut cucumeris saracenici:aut ptisẽna semper in mane dentur.

¶ In die vero omni hora assidue: cucurbite aut citrolorum succus: ei tribuatur: ⁊ ex mica panis abluta lacti a quo butyrum sit sublatum cum çucharo admixta regatur.

¶ Q̃ si parum comederit:aqua ordei iterum sumat:sicut ostendimus:aque autem que illi in potu ministratur parũ psilij admisceatur:⁊ ex ipsius mucillagine cum iulep aut succo granati:in potu sumat.

¶ Asperitas vero lingue cum panno lineo fricetur: deinde psilij mucillagine cum çucharo lambendo hauriat.

¶ Nucleus quoq3 pruni parum adhuc carnositatis retinens:in ore retinendus detur:⁊ pannus aqua rosata infusus epati ac cordi pluribus superponatur horis.

¶ Et si eger in interioribus apostema non habuerit: neq3 stomachus neq3 epar debilia erant dum esset incolumis: ex aqua frigidu super niuem infrigidata multum in potu sumat cum calor valde accensus fuerit de qua adeo vsq3 bibat:donec facies eius viridis fiat ⁊ tremat.Calor enim febrilis ex hoc ilico extinguetur: deinde sudabit: ⁊ euadet aut fere liberatus erit.

¶ Venter autem si vehementer soluatur: ordeum confractum ⁊ ablutum:⁊ aqua coctum:cum trociscis constrictiuis de spodio dandum est.

¶ Sirupum vero acetosum:⁊ iulep.⁊ çucharum vitet. Rob autem simplex de granatis acetosis:⁊ malis: ⁊ citonijs acetosis: dandum est ⁊ ex omnibus que in capitulo de ventris constrictione diximus est regendus.

¶ Q̃ si a vigilijs ⁊ capitis dolore sedatur: sicut in earum egritudinuʒ capitulis continetur:medicandus erit. Nos enim in hoc nostro libro non ponimus curas egritudinum:nisi simplicium. Ideoq3 cum egritudines composite fuerint:ex propriis capitiuis sunt earum curationes. sumende.

¶ Sit preterea in hac febre ⁊ in omnibus continuis febribus nutriendi tempus: tunc cum eger aliquam sentit alleuiationẽ:aut si alleuiationem non sentit:fit in hora qua solitus erat comedere dum esset sanus:aut in hora qua dies infrigidatur ⁊ temperatur.

¶ Interpolatis vero oportet vt fit hora comedendi longe ante earum accessionem quanto plus possibile fuerit: aut post earum recessionẽ. Nos tamen ostendemus quo modo sue nutricationis regimen obseruari debeat cum de acutis tractabimus egritudinibus si deus doluerit.

¶ De finocho. Capitulum. vj.

℣ **Ec febris cum** incipit sine tremore ac horripilatione accidit:immo cum calore incipit:⁊ est cum ea in facie:⁊ in oculis ⁊ auribus: ⁊ naribus rubedo: ⁊ tristicia et inquietudo:⁊ inflammatio fortis ⁊ inspiratio magna: et frequens.

¶ Hanc preterea febrem:anteq̃3 accedat:hec signa precedunt. Egro namq3 adest in corpore grauitas,⁊ extensio: ⁊ pigritia ⁊ dispositio que lassitudini similatur: ⁊ in somno superfluitas:⁊ amẽtia:⁊ in capite grauitas ⁊ precipue in fronte ⁊ tymporibus.

¶ Venarũ quoq3 exuberatio:⁊ guidegi videt: ⁊ pruritus in naribus ⁊ in locis vbi ventosas apponere consueuit sentitur.

¶ Hec quoq; febris accidit adolescẽtibus corpa bone habitudinis habẽtibus: ⁊ eis qui ex carne ⁊ confectionibus de melle multũ comedere: ⁊ multum vinum bibere consueuerunt: contingit aũt sepius in hyeme ⁊ vere.

¶ Cũq; corpus hanc egritudinẽ patiẽtis tãgitur simile corpori de balneo exeuntis sentitur. Aut qui super corpus suum multum ex aqua calida fudit.

¶ Pulsus in hac febre magnus sentitur ⁊ frequens: ⁊ vrina rubea ⁊ crossa. ¶ Cum ergo in hac febre signa ista apparuerint: aut plura ex eis festinandũ est ad egri minutionem faciendaz: in qua ex sanguine multũ ẽ extrahendũ Ex hoc enim extinguetur hec febris.

¶ Si autem non prius subueniat q̃ lingua nigra fiat: ⁊ superuenerint accidẽtia causon: eger diximus regatur. In hac tamen febre ea que sanguinẽ reprimant magis sunt danda: sicut rob qd̃ fit de succo vue acerbe ⁊ de acetositate citri: ⁊ ribes: ⁊ acetum: ⁊ malũ granatuz preterea ad regimen egri subtiliandum est diuertendum ⁊ ad multum ipsius comestionem minuendam.

¶ Si quis etiam egrum in sue egritudinis principio inuenerit ⁊ flebotomari fecerit ꝗ que prediximus cibis ipsius admisceat.

¶ In potu p̃terea aqua frigida tribuatur: ⁊ trocisci de cãphora. Et si necesse fuerit venter ex apoçimate: prunorũ ⁊ tamarindorum ⁊ çucharo soluatur: aut ex succo granatorum acetosorum cũ pulpa sua ⁊ çucharo tritorum.

¶ Postq̃ vo febris recesserit: a carne cõfectionibus q̃ ex melle fiunt: abstineat: ⁊ a vino: donec ipsius sanitas sit cõfirmata. ¶ Hec quoq; febris est continua ⁊ non interpolata: neq; vocatur tertiana: noq; cum ea est aliquid ex igne ⁊ inflãmatione ⁊ acuitate que cum causon sentiuntur sepe nisi in principio extinguatur.

¶ Hec preterea tres habet species: Vna est in qua a sui p̃ncipio non cessat augmẽtari malitia: vsq; quo veniat crisis: aut eger moriatur. Alia vero est que semper in vna moratur dispositione. Tertia quoq; est que quotidie a sui principio minuitur. ¶ Illa autez que semper agetur plus indiget minutione q̃z alie. Post quã ea que vnius est tenoris. secundo eget licet etiam tertia ea nõ sit priuanda. Ille tamen due plus indigent. ⁊ precipue ea que est cum augmento semper.

¶ De febre quotidiana q̃ vocat flegmatica. Cap. vij.

⁊ appone sal ⁊ anetum: ⁊ bulliat donec caro dissoluatur: ⁊
solũmodo ossa remaneãt: ⁊ aqua illa ponatur in tina ⁊ in
tret eger ⁊ ponat in ea p duas horas: ⁊ postea exeat: ⁊ in
meridie aquã eandẽ intret sicut ꝑmo ⁊ in nocte similiter
⁊ sic illud fiat in principio mensis tribus diebus.

¶ Unguentum ad dolorem iuncturarũ quo debes vti per
totam hyemem. ℞. salis gẽme: aluminis. tartari. ana. cõ
fice cum oleo antiquo.

¶ Aliud alumen: sal. oleum antiquum.

¶ Aliud almuri oleũ antiquũ ⁊ si ãpulauerit loc⁹ meli⁹ est.

¶ De medicinis simplicibus valẽtibus in istis casibus vir
tutibus suis. Capꝫ. xxiiij.

q Vamuis ego declino parum ad has res tamen bonum est scribere in libro nostro vt remaneat tractatus fine eis que dixerunt antiqui.

¶ Dixit tortor. si scinderis pedem rane ⁊ ligaueris super pedem podagrici per tres dies curatur: ita ꝙ dextrū pedem rane ponas super dextrū potiētis ⁊ econuerso.

¶ Et dixit finicinus qui composuit librum de lapidibus: ꝙ magnes si fuerit ligatus in pede podagrici curatur.

¶ Et alius philosophus dixit si accipiatur calcaneus aquile ⁊ ponatur ligatus super pedem egri curatur ita ꝙ dexter super dextrum ⁊ econuerso: ⁊ iurauit ꝙ sit verum ⁊ dixit tortor ꝙ si ponatur pes testudinis super pedem podagrici curatur.

¶ De ventosa que ponitur super ancham et cauterio.

Capitulum. xxv.

a Accipiatur ventosa cuius caput sit ad mēsuram palmi ⁊ accendatur cū igne ⁊ fit figura amplitudinis ad mensuram anche ⁊ claudatur os angustum bene: ⁊ ponatur super ancham ⁊ statim adherebit: ⁊ sic dimittatur duabus horis: ⁊ post remoueatur ⁊ abluatur locus: ⁊ iterum superponatur donec veficetur.

¶ Modus cauteriçādi anchā cauteriçaf multis modis sz lenior est iste. Accipiatur instrumentū ad modum coclearij ferrei ⁊ fit diametruz eius sicut medietas palmi ⁊ fiant in circuitu eius quinqz eminentie ad formam ossium dactilorum: ⁊ mittatur ad ignem donec rubeat deinde ponatur super pixidē anche: ⁊ eger iaceat super latus sanū ⁊ cauteriçetur quinqz cauterijs vna positione instrumenti: postea ponantur emplastra de butyro vt vulnera permaneant aperta donec venenositas tota exierit: ⁊ cū volueris cauteriçare debes egrum ponere tali modo ꝙ acumen anche apparere possit: deinde fac super ipsum circulum post canteriçabis.

¶ De quibusdam emplastris ⁊ vnguentis sedantibus dolores iuncturarum tam calidos q̄z frigidos ⁊ lenientibus durities earum. Capl'm. xxvj.

e Emplastrum valens podagre sedat dolorem prouocat somnum ℞. amidi. ʒ. x. sandalorum rubeorum. ʒ. v. acatie. ʒ. iij. mirre croci opij aloe. ana. ʒ. j. mole ⁊ confice cum aqua vue canine vel plantaginis mitte guttas olei ro. ⁊ vtere a ꝓncipio egritudinis. ¶ Ad podagricos calidos aliud expertum ⁊ ad forte dolorem ⁊ ad postemata sanguinea repellit materiā ⁊ confortat locum sedat dolorem. ℞. semē nasturtij farine ordei psilij: misce panis bene fermentati candidissimi: aque ro. ana. confice cum succo plantaginis vel portulace ⁊ mitte oleum rosatū cum albumine oui et pone desuper quādu incipit quiescere dolor adde quartam partem vitelli oui ⁊ parum croci.

¶ Ad vehementia doloris emplastrū mirabile. ℞. rob de musto aque plantaginis maluauisci albuminis oui. ana. ℥. ij. confice ⁊ mitte semen citonioꝝ farine fabarum: ⁊ farine or. ana. ʒ. j. acatie lapidis armenici sandaloꝝ citrinorum: memithe aloes succo trini: croci añ. aureū j. aggrega totum ⁊ mitte cere ⁊ olei rosati ana. ℥. ʒ. cōmisce crocū ⁊ vtere: ⁊ cum cessauerit dolor adde olibani ⁊ mirre. ana. aureū. j. ⁊ duo vitella ouorum.

¶ Emplastrū formicarū ad dolorē podagre calide ⁊ multotiens probaui ipsum ⁊ inueni mirabile. Accipe de terra formicarū a loco limpido. ℥. iij. farie ordei. ℥. j. foli. ro. ℥. ʒ farine fabarum. ℥. ʒ. malue mandragore ana. ℥. vj. Coque maluā ⁊ mandragorā in tribus libris aque vsqz ad medietatem. cola ⁊ confice alias medicinas: puluerica: postea mitte in mortario ⁊ misce cum eo tria albumina ouorum ⁊ duo vitella ⁊ tres. ʒ. croci pista totum bene ⁊ suppone: ⁊ non est necessariū aliud emplastrum nec alia cura.

¶ Emplastrum de creta qō confortat membrū ⁊ sedat dolorem ⁊ debes eo vti cum vehementissimus fuerit dolor. ℞. crete mollite ⁊ resolute. ℥. j. amidi de ordeo facti cum aqua rosarum vel cum aque cucurbite. ℥. ʒ. misce totum ⁊ pone in mortario ⁊ pista bene ⁊ remolli cū albumine oui fac cerotum ⁊ superpone.

¶ Emplastrū psilij qō ꝓdest calori ⁊ dolori podagre: ⁊ debes eo vti in corporibus calidis. ⁊ tempore calido: mitte psilium in caldario ⁊ cooperi aqua ⁊ coque diu postea repone in mortario ⁊ appone micas panis remollitas i acetō mixtas cum aqua rosarum. congrega ⁊ misce cum paucō oleo ⁊ vtere.

¶ Emplastruz bonum mirabile quo potes vti a principio egritudinis vsqz in finē valet nimis. Accipe fabas cū corticib⁹ suis ⁊ iuiubas coque in aqua: ⁊ postea cola ⁊ aquā reponas i caldario nouo. postea accipe se. maluauisci: se. citonioꝝ semis portulace: se. lactuce se. papaueris albi. añ ʒ. ij. seminis plantaginis aneti ⁊ feniculi: folioꝝ rosarum ⁊ seminis cauliū mandragore sanō. citrinorū. ana. ℥. j. coque totum in aqua plantaginis ita ꝙ cooperiant medicine donec remaneat medietas: ⁊ cola ⁊ misce tantūdē olei rosaꝝ coque q̄usqz ꝓsumat aq̄ ⁊ remaneat oleū postea pōdera oleū ⁊ cuilibet ponderi. ℥. iij. appone. ʒ. iij. cere albe ⁊. ℥. iij. de sepo de renibus vituli ītiā ptē ⁊ cuilibet ℥. pone. ʒ. j. acatie ⁊. ʒ. j. aloes ⁊. ʒ. j. croci ꝓfice: ⁊ qū voluerit vteo i podagra cala: accipe aquā ⁊ mitte in ea. ℥. j. cōche puluerica te. lapidis ar. ℥. j. farine ordei. ℥. j. seis. bismalue ℥. j. ⁊ aurea duo: cere aureū. j. ʒ. cū aq̄ rosaꝝ cōficiant ⁊ terātur. ¶ Et dixit mihi qdā phificus monachus ꝙ cū qdā socius eius esset podagricus ⁊ fuisset multo tpe in cura eiꝰ vidit in somnis Galienū: q dixit ei. accipe colloquintidā ⁊ puluerica cū bdellio cōfice cū aqua cauliū ⁊ maiorane ⁊ pone desup tepiō. q altera die idē fecit ⁊ curatus est expodagra frigida. ¶ Aqua qua abluit mēbrū ex frigida causa podagricū. Accipe folia salicis ⁊ medietatē curūgē: fabaꝝ lupini ana plenā manū cū aqua coque: ⁊ iunge pannū et membrū ablue. ¶ Diaquilon valens apostemati duro ⁊ podagre. ¶ Accipe psilij aurea viginti iusquiami albi. x. auf. fenugreci: seminis lini. ana. aurea viginti: se. cucurbite: seminis papaueris albi. añ. auf. x. ⁊ misce cū aq̄ calida: ⁊ maneat i ea die ⁊ nocte: ⁊ postea accipe eius spumam in mane: ⁊ coque cū oleo ⁊ litargiro ⁊ bdellio. añ. aurea viginti ⁊ de oleo quantū sufficit. Coque quousqz illud fiat durum ⁊ vtere in duritiebus ⁊ nodis.

¶ Emplm ad apata dura, melācolica ⁊ flātica ⁊ nodos podagre ⁊ spasmū qui ꝓtingit in iuncturis: dissoluit nodos ⁊ remouet spasmū. ℞. bdellij. ʒ. xxx. pone in olla terrea cū aceto. ℥. j. rob. permitte donec remollat. deinde mitte. ℥. s

mellis pista donec fiat sicut medulla ⁊ tunc adde olibani oppopona.armõiaci mirre.aã. aureum.j.postea pista in mortario deinde misce olei camomille.ʒ.iij.olei antiqui ℥.j.pinguedinis galline ⁊ anseris.℥.j.pinguedinis aquile.℥.j.pinguedinis vituli.℥.iij.confice ⁊ vtere ꝛc.

¶ Tabula capitulorum huius libri.s.de egritudinibus puerorum.

1 De sahafati puerorum.
2 De fauositate eorum.
3 De magnitudie capitis.
4 De iflatiõe vẽtri puerorꝫ
5 De sternutatiõe puerorꝫ
6 De vigiliis puerorꝫ.
7 De epilepsia.
8 De matre puerorꝫ.
9 De sanie aurium.
10 De veneno fluẽte de auꝛ.
11 De morbis oculorꝫ.
12 De obliquitate visus.
13 De egritudinib⁹ dentiũ.
14 De postulis oris.
15 De vomitu.
16 De fluxu ventris.
17 De constipatione.
18 De tussi.
19 De pruritu ⁊ vesicis.
20 De lumbricis.
21 De eminẽtia vmblici.
22 De crepatura puerorꝫ.
23 De lapide in vesica puerorum.
24 De relaxatione puerorꝫ.

¶ Abubatri filij çacharie araçi. Libellus de egritudinib⁹ puerorꝫ ⁊ earꝫ cura qui appellaꝛ practica puerorꝫ.

¶ De sahafati puerorum. Cap. j.

f **Sahafati** accidit pueris ⁊ forte accidit in facie ⁊ in capite ⁊ generatio eiꝰ est propter multitudinẽ sanguinis ⁊ humiditatẽ cutis ⁊ signum eius est vulnera parua ex quibus exit humor qui expanditur in facie ⁊ in capite: ⁊ cũ eis accidit pruritus q̃re puer plangit vigilat: ⁊ cõquerit: ⁊ incipe in eorꝫ cura corrigẽdo cibũ nutricis: deinde tonde caput pueri cũ psilotro: deinde suppone desup folia attriplicis: qm̃ forte curatur p hoc tantũ. qm̃ ista folia fugunt venenũ: aut pone desup istud vnguentũ.

¶ Unguentũ valens ad sahafati que accidit in capitibus puerorꝫ. ℞. ceruse litargiri.ʒ.v.lixiuij de cineribus vitiũ ʒ.iij.olei ro.℥.j.cere.℥.s.liq̃fiat cera cũ oleo ro.⁊ teraꝫ medicine: ⁊ conficiantur cũ vitellis duorꝫ ouorum assis. Deinde vnge cum eo caput pueri.

¶ De fauositate puerorum. Cap. ij.

p **Assio que** dicitur fauositas mellis est species sahafati: ⁊ tunc sup vulnera apparẽt quedã squame ⁊ scalpitur cutis cũ magno pruritu: ⁊ exit ex eis qd̃ est q̃ mel: ⁊ cura eiꝰ est vt quotidie tondaꝫ caput ⁊ abluaꝫ cũ aqua mentastri ⁊ maiorane ⁊ saturegie: deinde vngaꝫ cum isto vnguento. Accipe litargiri ceruse ana.auꝛ.ij.sulfuris ⁊ argẽti viui: aureũ.j. olei rosati ptes duas: aceti partẽ vnã misceant ⁊ conficiantur cum oleo rosato ⁊ aceto donec fiat vnguentuʒ: ⁊ vnge cum eo sero ⁊ mane: ⁊ caput ablue cum illa aqua.

¶ De magnitudine capitis puerorꝫ. Cap. iij.

a **Accidit** quibusdã pueris q̃ exeant cũ magno capite: ⁊ post exituʒ augmentaꝫ vltra mensurã debitã. Et ego vidi puerũ cuiꝰ caput adeo augmentabaꝫ in longitudine ⁊ latitudine q̃ corpus eius sufferre non poterat ⁊ non cessauit augmentari quousq̃ mortuus est puer. ¶ Magnitudo autẽ capitis aut erit ex ventositate generata in ossibus capitis: aut ex aggregatione aque inclusẽ in eo que nõ inuenit viã exitus: ⁊ incipe in cura eius purgando caput nutricis cũ veris magnis: ⁊ caueat ab oĩbus cibis generãtibus ventositatem ⁊ supflua grossa: deinde incipias in eius cura cũ eis que mittunt in naribus pueri: sicut de oleo amigdalarũ amararũ: aut de oleo anetino aut de ben optimo: aut de aqua maiorane: ⁊ si sic sit curatus sufficit. Sin autẽ pone sup caput emplastrũ de olibano: sarcocolla serapino gũmi amigdalarũ: si sanatus fuerit sic sufficit: sinaũt accipe alçũ vel alçunabũ ⁊ pista cum testa sua donec fiat quasi vnguẽtũ. misce cũ eo parum olibani ⁊ pone sup totũ caput post rasuram: ⁊ pmitte aliquot diebus. Ista medicina restringit caput ⁊ reducere facit ad mensurã debitam: deinde mitte in naribus eiꝰ fel lupi vel cerebrũ ⁊ parum mirre vel ambre ⁊ fac hoc in quolibet mense. Paruitas capitis si fuerit nãtis nõ curaꝫ

¶ De inflatione ventris puerorꝫ. Cap. iiij.

m **Multotiens** accidit eis cũ magnitudine capitis inflatio ventris: ⁊ cura eius est q̃ accipiat mirrã ⁊ aloẽ ⁊ crocũ ⁊ conficantur cũ aqua saraliaꝫ: ⁊ pone sup caput ⁊ si cuʒ inflatione ventris in magnitudine capitis macrescit corpus. Accipe aniulẽ.ʒ.v.auellanarũ.ʒ.vij.amigdalaꝛ.⁊ feniculi aureũ.j. teranꝫ ⁊ extrahaꝫ ab eis oleum deinde in mitte naribus vsq; ad.ʒ.iij.⁊ vnge caput ⁊ mitte in naribus. ⁊ da bibere nutrici cum lacte.

¶ De sternutatione puerorum. Cap. v.

f **Sternutatio accidit** in cerebro vel in tunicis eiꝰ: ⁊ signũ eius est q̃ oculi profundanꝫ ⁊ supuenit febris. Cura eius est q̃ ponas super cerebrũ folia portulace aut rasuram cucurbite cum oleo rosa. ⁊ farina ordei: aut vnge caput cum vitello oui ⁊ oleo.

¶ De vigiliis puerorum. Cap. vj.

v **Vigilie accidunt** pueris in prima etate ex corruptione lactis. Et cura eius est vt mittatur in naribus pueri oleum violatum cum croco aut oleum anetinum cum succo lactuce: ⁊ vnge caput et stomachum cum istis oleis: et sit sollicitudo nostra in correctione lactis: ⁊ da sugere sirupum papaueris ⁊ vnge tempora ⁊ frontem cuʒ oleo opij ⁊ croco.

¶ De epilepsia puerorꝫ. Capl'm. vij.

e **Epilepsia accidit** duobus modis aut nascitur puer cum ea: ⁊ est ex malitia complexionis naturalis in cerebro humide aut frigide. Aut erit eis accidentalis. Et si naturalis est quoniam cum ea nascitur. Signum accidentalis est quoniam aduenit post partum. Et cura naturalis est obseruatio diete: quoniam cum mutauerit etatem sanabitur ab ea: si autem non fuerit sanus sectabitur eum vsq; ad mortem. Et curatio accidentalis est sollicitudo circa corruptionem lactis: vt caput ⁊ corpus nutricis purgetur: ⁊ caueat ab omnibus cibis generantibus flegma; ⁊ non lactetur puer nisi in ea quantitate qua possit digerere vel minus ⁊ mitte ĩ narib⁹ medicinas calidas: ⁊ odoret assam fetidam ⁊ rutam ⁊ vnge cum oleis calidis. ⁊ suspende peoniam in collo eius: ⁊ liga ad collum eius lapidem smaragdi: ⁊ non accidet eis epilepsia ⁊ si duraverit post hoc da tiriacam magnam.

¶ Sequitur de quadam passione que dicitur mater puerorum. Capl'm. viij.

f **Sequitur de** qu dam passione que dicitur mater puerorum: hec infirmitas accidit pueris in prima etate frequenter: ⁊ signũ eius est planctuctus magnus multus timor in somno: ⁊ vigilia augmentatur calor: ⁊ ex ore eius egreditur odor fetidus: ⁊ causa huius egritudinis est acceptio lactis plus q̃ possit digerere. Et cura eius est in correctione lactis: et q̃ detur drapliris diamascum quotidie sexta pars dragme. cum lacte: et sprecipua medicina est in hoc tiriaca magna.

¶ De sanie aurium puerorum. Cap. ix.

f **Sequitur de** humiditate fluente in pueris ab auriculis: hec infirmitas accidit pueris in prima etate ex humiditate cerebri.

¶ Et cura eius est vt mittaꝫ in eius auriculis liciniũ bombacinum antiquũ ⁊ cum fuerit humore plenum extrahaꝫ ⁊ aliud intus mittatur: ⁊ forte cũ hoc tm̃ curatur. sinautẽ accipe alumẽ ⁊ dissolute cuẽ vino ⁊ intingẽ in licinio ⁊ intromitte. humor enim deficcabitur. aut accipe croc. ⁊ ni-

trum contere cum aqua ⁊ aceto ⁊ intromitte.

¶De veneno fluente de aure. Capl'm. x.

Sequitur de veneno: ⁊ hoc accidit pueris ex vesica vel plaga accidente in auricula. sufficit eis intromittere mel bulitum cum aqua: purgat enim venenum ab auriculis: aut accipe folia mirte aut galle ⁊ distēpet cū aceto ⁊ intromittet

¶De morbis oculorum in pueris. Cap. xj.

Sequitur de egritudinibus puerorum in oculis: accidit pueris in voltis diuersitas egritudinū: ⁊ ex eis est inflatio ⁊ clausura palpebrarum: ⁊ forte hoc accidit ex medicinis stipticis: quas mulieres ponūt sup capita puerorum: sicut allzanna ⁊ hmōi: qm̄ superflua capitis conuertunt ad oculos: et forte accidit eis ex fluxu materie calide ⁊ frigide. Et cura huius egritudinis est quādo rubor ē in facie et ⁊ calor in fronte: vt accipias succū memithe ⁊ foliorum rosarum ana. ʒ. j. croci mirre ana. ʒ. j. ⁊ ʒ. s. puluerica ⁊ cōfice cū aqua sarrahiarum ⁊ lacte mulierum ⁊ suppone oculis ⁊ fronti quotidie renouādo quousq; apant oculi ⁊ est exptū in pueris. ¶Si autē in oculis non fuerit rubedo nec calor in fronte. Accipe mirram ⁊ crocum ⁊ aloē ⁊ folia rosarum confice cum bono vino ⁊ super oculos pone. ¶Et probatius ad hoc qd̄ sepe probaui mitte in naribus parū ambre ⁊ distēpera cum lacte mulieris. Si autē accidat eis aliarum egritudinū aliqua: sicut scabies ⁊ albedo ⁊ hmōi curent cum medicinis q̄ dicunt in etatibus adolescentiū ⁊ iuuenū et aliorum: sed tn̄ cū leuioribus.

¶De obliquitate visus. Capl'm. xij.

Sequitur de egritudine quando quis oblique aspicit vel videt ⁊ hoc aut est naturale aut accidit post partum: ⁊ cura eius est q̄ apponat de nocte candela ex parte contraria visui obliqui: ⁊ cum receptus vel erectus fuerit in lecto suspendantur cultre pulchre diuersorum colorum super lectum quousq; corrigatur visus.

¶De morbis dentium. Capl'm. xiij.

Sequitur de egritudinibus q̄ accidūt pueris circa natiuitatē dentium dixit Galienus: quādo dentes nascunt cito natiuitas eorum leuior est: ⁊ minoris doloris: sed dentes erūt debiliores: ⁊ cum tardauerit eorum natiuitas erit dolor fortis: sed dentes erunt fortiores: ⁊ duri: ⁊ si origo fuerit in vere nascunt statim ⁊ sine dolore: ⁊ ecōuerso: si fuerit in hyeme: sed gingiue nō inflabunt: ⁊ si fuerit i estate accidit eis paruus dolor: ⁊ accidit eis i hoc tpe plurimū apostema in maxillis ⁊ gingiuis: ⁊ glandule ⁊ pruritus in auriculis: ⁊ fluxus sanguinis ⁊ veneni: ⁊ forte accidit quibusdā febris ⁊ fluxus ventris: aut cōstipatio. ¶Et cura eius est quādo inflat gigiua vt scalpat parum cū digito ⁊ postea cū oleo vel piguedine gallie aut cerebro leporis: aut lacte canis: ⁊ pone sup caput pueri aquā in q̄ decocta fuerit camomilla ⁊ anetū: ⁊ sup eius mādibulas pone emplastra dissolutiua: ⁊ si dolor augmentet post hoc apud originē. Accipe alcānam butirū: oleum laurinum misce totū: ⁊ pone sup locum. ¶Vel accipe butirū vacce ⁊ medullā cruris ⁊ pone desup et si apparuerint capita dentium pone super caput totum ⁊ collum lanam mundam ⁊ spargatur quotidie super lanam aqua tepida. ¶Et si acciderit fluxus ventris medicabitur cum eis que dicemus.

¶De pustulis que accidūt in ore puerorum. Cap. xiiij.

Sfice que accidunt in oribus puerorum in prima etate quandoq; accidūt ex corruptione lactis: vel ex acumine: ⁊ illa vesicatio aut erit nimis acuta aut parum.

¶Signū acute: est rubedo ⁊ fortitudo doloris ⁊ ⁊ fluxus saliue ⁊ signum parum acute est vt vesice declinent ad albedinem ⁊ sint parui doloris ⁊ humor qui ad os descendit sit multus. ¶Cura vesicarum acutarum est corrigere lac nutricis cum cibo frigido ⁊ humido. deinde masticare parum de lenticulis ⁊ ponat mulier in ore pueri: aut accipe parum midi ⁊ distempera cum aqua rosarum ⁊ suppone ⁊ pone i ore pueri aquā macianorum vel malorū ḡnatorum. ¶Et si acuta fuerit ⁊ nimis colerica misce cū istis succū lactuce aut portulace aut vue canine. ¶Et cura vesicarum parui acuminis ⁊ declinantis ad albedinē est vt accipias: mirre croci. ana. ʒ. j. ꝯcharī duplū puluerica et mittantur in os: ⁊ si plage fuerint nigre aut putride medicabimur cum medicinis dictis in etatibus iuuenū.

¶De vomitu in pueris. Capl'm. xv.

Ecidit pueris in prima etate vomitus multis causis: aut propter lactis multitudinē magis q̄ digerere possit: aut propter corruptionē eius: ⁊ maxime si puer fuerit humidi ⁊ debilis stomachi. ¶Et cura est vt vetes multitudinē lactis: ⁊ post ꝓsidera in vomitu si sentit odor acetosus ⁊ fuerint in eo humores al. Accipe olibani sextā partem. ʒ. j. ⁊ rute ficce tertiā partē. ʒ. j. puluerica: ⁊ misce cū siru. rosarū. ⁊ da puero: aut accipiat mater parum cimini ⁊ sumach ⁊ masticet: ⁊ ponat in ore pueri. ¶Aut detur puero sirupus malorum granatorū cum menta. ¶Aut qd̄ sepe probaui: accipe ligni aloes ⁊ masticis. ʒ. s. galle sextā partem ʒ. j. ⁊ Molle totū ⁊ confice cum sirupo rosarū ⁊ modico algalie ⁊ da puero anteq̄ sugat lac. ⁊ pone super stomachū hoc emplastrū mastix: aloe acatia galla olibanum panis vsti ana. confice cū oleo rosato: ⁊ sirupo rosarum: ⁊ pone super stomachū: est enim expertum ad vomitum ⁊ saliuā puerorum. ¶Et si in vomitu nō fuerit odor acetosus sed acutus ⁊ calor declinet parum ad acumen: vel color ad palorem: propina puero parum de rob agreste vel citoniorum vel coctanorum: aut de istis.

¶Trocisci valentes ad vomitū puerorum. ℞. ro. spodij. ana ʒ. iiij. galle. ʒ. ij. seminis portulace seminis lapatij. ana. ʒ. j. ⁊ ʒ. s. carabe. conficiantur cum aqua agreste vel cum aqua malorum granatorum ad pondus. ʒ. j. ⁊ da trociscū vnū puero cum sirupo rosarum: ⁊ pone super stomachū istud emplastrum qd̄ valet vomitui ⁊ fluxui vētris qui accidūt pueris. ℞. farine ordei: rubi viridis: corticis mali granati ana. confice cū aqua rosarū ⁊ pone sup stomachū.

¶De fluxu ventris puerorum. Capl'm. xvj.

Multotiens accidit fluxus vētris pueris propter nationem dentium sicut diximus. Vel propter frigus cum ligat puer. Aut propter corruptionē lactis ex colera aut flegmate. ¶Et signum colere est q̄ inuenitur in egestione pueri citrinitas ⁊ acumen: ⁊ q̄ exit sine mora.

¶Et signum frigoris ⁊ flegmatis est albēdo in egestione ⁊ tortio in ventre cū egerit ⁊ nisi flegma sit viscosum exit statim. ¶Et cura est vt detur puero sirupus rosarum vel macianorum vel mali granati cum menta: ⁊ accipiat de spodio in aqua posito ad bibendū: aut accipiat fermentū dissolutum in aqua ⁊ cola ⁊ mitte sextam partem. ʒ. spodij ⁊ tres partes. ʒ. galle ⁊ ʒ. s. croci ⁊ da bibere.

¶Aliud accipe semen lapacij ⁊ violarum ⁊ misce cum vitello oui assati ⁊ da puero. ¶Aut da ex hac medicia expta ℞. seminis lapacij: arilli vsti vuarū passarū ana. ʒ. iiij. glādium seminis papaueris albi ana. ʒ. ij. croci aurea quatuor puluerica ⁊ detur ex eo puero cum rob de citonijs vel sirupo rosarum: ⁊ pone super stomachum emplastra stiptica: ⁊ accipe aquam decoctionis sumach: ⁊ malassa cum farina ordei: vel farina milij superpone: si cessauerit fluxus bonum est. Sin autem accipe acatie ceruse ana. ʒ. j. opij septimam partem. ʒ. ⁊ forma licinium ⁊ superpone ⁊ statim cessabit fluxus. ¶Si autem fuerit ex frigore vel flegmate detur puero octaua pars. ʒ. gallie cum succo coctanorum vel detur pars quarta. ʒ. olibani. Emplastrum constipans ventrem valet stomachis puerorum. Accipe crocum: mirram: ceram confice cum vino ⁊ pone desup.

¶De constipatione puerorꝝ. Capꝰ. xvij.

m **Altotiens accidit** pueris constipatio. Et cura eius est vt des nutrici parũ cucumeris asinini: deinde alia die lactet puerũ: aut accipe lacteridis terre ⁊ fac cerotũ: ⁊ pone desup aut accipe mediam partẽ stercoris soricini ⁊ terre cũ pinguedine renum vrci ⁊ fac liciniũ parum ⁊ suppone: ⁊ si acciderit puero duoꝝ mensium vt cõstipetur eius natura ⁊ alteretur in calore ⁊ nõ põt vomere. Accipe sarcocolle tertiam partẽ ʒ. vnius. ⁊ da cũ lacte matris eius: aut fac clistere cũ oleo violꝰ.

¶De tussi puerorum. Capꝰm. xviij.

t **Ussis accidit** pueris in ꝑma etate. Lingue aũt eorꝝ non possunt claudere epiglottũ: ⁊ fic infrigidat pectus ⁊ eius instrumẽta: ⁊ cura eius est cũ eis q̃ sunt sicut cibus ⁊ medicina. Isti enĩ nõ debẽt curari cũ forti vel vehemẽti medicina. Sꝫ accipe amigdalas dulces pista ⁊ confice cũ aqua feniculi ⁊ coque cũ ea: ⁊ ꝓpina puero sero ⁊ mane. Aut accipe aquã feniculi ⁊ misce cũ lacte ⁊ da puero. ¶Et si cũ tussi fuerit asperitas ⁊ siccitas. accipe semẽ citoniorꝝ ⁊ resolue cũ aqua calida ⁊ extrahe viscositatẽ. coque sup ignẽ cũ penidijs ⁊ oleo amigda. ⁊ da. ⁊ si fuerit calor misce succum maligranati dulcis.

¶Medicamen ad tussim puerorꝝ cũ calore. ℞. papaueris albi: dragaganti. ana. ʒ. ß. seminis cucumeris. ʒ. j. Confice cum aqua decoctionis. sebesten.

¶Aliud ad tussim puerorꝝ. ℞. passas sine arillis fac bulire vase ferreo: sed caue ne adurant pista ⁊ misce tantundem penidiorũ: ⁊ da puero sero ⁊ mane ad modũ nucis.

¶Aliud ad tussim frigidã. Accipe mirrã ⁊ misce cũ melle ⁊ cũ oleo amigdal. ⁊ ꝓpina. ¶Et si pectꝰ pueri fuerit plectoricũ accipe dragãtũ galbanũ: aũ mitte i vitello oui assati: ⁊ da. ¶Et si accidrit strictura ãhelitꝰ accipe se. lini pista cũ melle: aut accipe se. bõbacis ⁊ ꝓfice cũ vitello oui assati ¶Et si cũ tussi fuerit fluxus vẽtris da sirupũ mirti cũ lacte coctũ. ¶Aut coque dactilos cũ farcacibus ⁊ lacte ⁊ ꝓpina

¶De pruritu ⁊ vesicis puerorꝝ. Capꝰ. xix.

p **Ruritus ⁊** vesice accidũt pueris i coxis ex acuitate vrine: ⁊ q̃q̃ accidũt diuersa vulnera in corporibꝰ puerorũ ex corruptione lactis in stomacho pueri vel in se. ¶Ex illis aũt vesicis quedã sunt albe quedã rubee: quedã nigre: ⁊ quedã vehemẽtis doloris: ⁊ quedã parui. Et si nigre fuerit cũ febre significãt mortẽ. ¶Et cura generalis est vt primo incipiat in correctiõe lactis: ⁊ ponat puerũ in caldario pleno aq̃ calida ad attrahendũ supflua ab interioribus ad exterioza ad supficiẽ cutis vel corporis: ⁊ da puero medicinas ad expellendum supflua ab interioribus ad exterioza ad superficiem cutis sui corporis sicut est decoctio dactilorũ aut ficuum cum aqua feniculi.

¶Et cũ intellexeris ꝙ omnes supfluitates sunt extra. balnea quotidie in aqua decoctionis filiorꝝ rosarũ et mirti et huiusmodi. Cũ aũt puer exierit ab aqua vngat oleo rosato. ⁊ si vulnera fuerint fica cũ oleo violato. Si humida ex multitudine veneni pone desup cerusam mixtã cũ cera ⁊ oleo rosato. ¶Et si affuerit pruritus ⁊ puer transierit sex vel septem menses ipsum balnea primo in aqua decoctionis violarum siccarũ ⁊ or. excorticati: maluauisci: fenugreci: feniculi: cucurbite: sed nõ vngues aliquo vnguento. ⁊ da nutrici succũ fumiterre: mirabolanos: citri. ⁊ abstineat nutrix ab oibus dulcibus ⁊ salsis adurẽtibus sanguinẽ: ⁊ si acciderint in crure aliqua vulnera post balneũ supasperge puluerẽ amidi spodij allzanne: rosarũ mirre ⁊ farinam ordei.

¶De lumbricis puerorum. Capꝰm. xx.

s **Onoportet** nos dare medicinas fortes pueris ad potandum contra hãc passionẽ: sꝫ eligem⁹ ex eis q̃ apponũt extra.

¶Medicamen extrahens lumbricos ab intestinis. Accipe ciminũ pista cum felle tauri recẽti ⁊ pone ad vmbilicũ

¶Aliud. accipe lupinos asinnos. ʒ. j. alipiadi: ⁊ bacarum lauri. aũ ꝓficiant cũ felle tauri recẽti. ⁊ da q̃die ad bibendum. ʒ. j. aut aquam sebesten: aut oleum oliue: aut comedat amigdalas dulces.

¶De inflatiõe vel eminẽtia vmbilici puerorꝝ. Capꝰ. xxj.

e **Minentia** vmbilici acidit pueris quando multum plangunt: vel vociferant: aut ex tussi magna: aut forte accidit ex casu vel percussione. ¶Et cura est vt accipias lupinos ⁊ petias panni lineri: ⁊ combure ⁊ confice cum vino: ⁊ interpone stupas ⁊ pone sup vmbilicum: ⁊ si fuerit flexibilis cauterizetur in circuitu vmbilici: ⁊ non in loco flexibili propter tenuitatem cutis ⁊ si indigueris fortioribus medicinis pone medicinas quas dicemus in crepature capitulo.

¶De crepatura puerorum. Capꝰm. xxij.

i **Am diximus** superius quot modis accidit crepatura: sed modo nõ indigem⁹ nisi medicinis pueris necessarijs.

¶Emplastrum valens crepature puerorum. ℞. aluminis aureos quindecim. galle aureos duos: terantur ⁊ conficiantur cum vino quousq; inspissetur. ⁊ pone super locum ⁊ superpone spongiam intinctam in aceto mixto cũ aqua ⁊ cum ceciderit aliud reponatur.

¶Aliud leue ponatur super pannum aliquem glutinum de coriijs: ⁊ super locum ponatur: ⁊ permitte quousq; adhereat. ⁊ si ceciderit aliud reponatur.

¶De lapide in veficis puerorum. Capꝰm. xxiij.

l **Apis qui** generatur in vesicis puerorum facit strangurium: dolorem magnum ⁊ tenuitatem vrine: ⁊ pruritum in virga: et forte erit virga semper erecta. ¶Et cura eius est in balneis vt balneet puerꝫ quotidie in aqua calida: ⁊ da ex ista medicina.

¶Medicamen prouocans vrinam: ⁊ frangens lapidem. ℞. olibani vnchen ana. confice cum melle: ⁊ detur ad modum auellane mane ⁊ sero.

¶Medicamen expertuꝫ ad grauitatem lapidis ⁊ difficultatem vrine.

¶Accipe septem nuces virides ⁊ pista cum cortice exteriori: ⁊ accipe manipulum vnum porrorum non lotorum: ⁊ extrahe succum ex vtroq; in vase vitreo ⁊ cola: ⁊ da puero omni mane septem diebus: ⁊ quando ibit dormitum vnge virgam ⁊ testiculos oleo antiquo vel oleo de ben.

¶De relaxatione puerorum. Capꝰm. xxiiij.

r **Elaxatio accidit** pueris: vel in vno membro vel toto corpore: ⁊ prohibet ipsum ab ambulatione ⁊ motu: ⁊ prouenit propter viscosum humorem relaxantem neruos. ¶Et cura eius est si non fuerit naturalis vt des nutrici sirupum factum de medicinis subtilibus. Et sit eiꝰ cibꝰ siccus: sicut res assate ⁊ nõ comedat lac nec carnes duras: omnas: nec pisces: nec vinum limphatum: ⁊ anteq̃ lactetur puer ponatur in balneo: ⁊ inunge eius iũcturas cum oleo de costo vel de castoreo: ⁊ vtatur quotidie isto electuario.

¶Electuarium quod composuit Galienus cuidaꝫ puero qui patiebatur spasmum in toto corpore. ¶Recipe mentastri rosa. cinamomi. masticis. fu. meu. ameos. doronici. çedoarie. gariofilorum ana. aureum vnum. sandalorum ligni aloes. ana. ʒ. j. musci. ʒ. ß. vnge omnes medinns balsamo: ⁊ confice cum melle: ⁊ da quotidie quartam partẽ ʒ. j. vel. ß. ⁊ si spasmus fuerit in toto corpore: pone super spondiles dorsi emplastrũ euforbij, qõ sic fit. Accipe cere ℥. j. euforbij. ʒ. j. olei qõ sufficit. ⁊c.

Deo gratias Amen.

¶ Liber Rasis de secretis in medicina qui liber aphorismorum appellatur.

Congregaui in diuisionib⁹ egritudinuꝫ: ⁊ ostendi curas ⁊ curarū naturas ex canonibus antiquoruꝫ: ⁊ ex tractatibus ⁊ sermonibus ꝓ possibilitate meā: ⁊ deuꝫ exoro: vt mihi tribuat cōplementū ⁊ possibilitate pfectionis huius libri: vt ex eo vtilitas pueniat. Iam cōpleuimus librum congregationū in artibus rerum expertarū. s. philosophie ⁊ phyſice duorū in quibus sunt verba ⁊ facta infinita. Nec etiā hoies in eis cōplementū habere possunt Sed intentio nostra est in hoc opere ostendere vtilitatem hominū. ¶ Et diuersificamur in hoc ab antiquis qui occultauerūt res que sciri erant necessarie: ⁊ viā scientie: et virtutis priuabāt lumine. Et testis huius rei est liber noster magnus scientia diuina qui est liber de spiritualibus ⁊ noster de spiritu. Et sermo noster in libro dictarū. qualiter. s. ab eis venia remouerēt in omni tpe. Et abbreuiaui verbū vt ad res quis facilius posset attingere. Et retributionē a deo expecto: qui mihi prestabit auxiliū. Sine ipo enim nulla res habet effectum.

c

Aquit abubetri nō est occultus homo sapiens: ⁊ omni tpe sup fraudes: ⁊ occultationes viarum scientie artiū antiquarū: quas rationes cōgregauerūt cōpilatores: ⁊ inuenerūt vias tam occultas q̄ꝫ manifestas. Et hic noster liber est primus: ⁊ est secretū: ⁊ est cōueniēs. Et non monstrēt ei q nō merēt. Et in eo cōtinēt ratio ⁊ complementū antiquoꝝ: ⁊ q̄ꝫdiu dies ⁊ anni fuerint per hūc meū librū: viuā ⁊ lucrabor: ⁊ nō dubito quin hic meus liber sit res secreta. Ego enim proposui quedā secreta in eo dicere: ⁊ in ꝓnosticis rerū futurarū: ⁊ in confidentijs ⁊ casibus qui acciderūt. Quas confidentias a sapientibus sum lucratus aggregatas a libris eoꝝ quas ipsi nō pfecte manifestauerūt. Et ex rebus quas in meipso sum expertus ⁊ acquisiui per meā rationeꝫ. Et testis est mihi sermo meus rationalis: ⁊ loquutus sum in medicinis ⁊ dietis ꝗgregatis: ⁊ volo ex eis temperamentū facere: ⁊ volo vt ab accidētibus sint remota verba mea Et dico q̄ hic meus sermo est res breuis vtilitate magnā cōtinens in scientia medicine ex vtilitatibus eoꝝ que hominibus accidūt. ¶ Et scias q̄ ipe est totius vtilitatis medulla ⁊ margarita claritatis que a tenebris ad lucē lucescit. Quē librū antiqui laudarēt si viuerēt: ⁊ ipm diuisi in sex sermones absq̄ alia supfluitate cū cōplemento ⁊ breuitate. Nunc loqui incipio cū virtute mea nimia ⁊ scientia occulta. ¶ Sermo primus de pronosticis rerū futurarum. ¶ Secundus de experientijs ⁊ confidentijs. ¶ Tertius de casibus qui mihi acciderūt. ¶ Quart⁹ de dietis medicinis ⁊ cibarijs. ¶ Quintus de verbo ypocratis. Sext⁹ de scientijs ⁊ de intellectibus sine quibus rectus medicus esse non potest.

¶ Liber primus de pronosticis rerum futurarum. Capitulum de nebulis.

i

Aquit Rasis cum in ciuitate fuerit multitudo nebule cū pluuia pmanente ꝓnosticat algidri: puncturas rubeas ⁊ vocatur in arabico alchiteba. Que si sine apostematib⁹ fuerit significat ⁊ pestilentias ⁊ lupos. Sed qualiter est cura earū rerum purgabitur homo ante tempus estiuū cū rebus subtilib⁹ rob fructuū ⁊ odorabit odores delectabiles ⁊ cōedet allzanebir. i. colūbas siluestres que in domibus nō nutriunt: ⁊ aues volatiles. ¶ Et qō comederit ⁊ biberit sit tēperatum cū rob lapacij: ⁊ cū agresta: ⁊ cum his rebus euadet.

Et si nebula aduenerit absq̄ pluuia ⁊ autūnus qui pcessit etiam fuerit siccus pronosticabunt egritudines capitis tantū: ⁊ ꝓnosticant epilepsias ⁊ egritudines melancolicas. Et tunc balneamini balneis calidis temperatis: ⁊ vtamini rebus somnū puocantibus. Et mollificet naturā corporis: ⁊ cōtinuamini cū vino claro boni odoris qō sit temperatū. Et post cibum odoret rosas ⁊ violas: ⁊ nenufar. ⁊ accipiat bolū armenū

¶ Quando fuerit venti collaterales: ⁊ aliqbus alijs corrūpuntur cōplexionib⁹ tpate: ⁊ melius in hoibus volētibus reduci a cōtraria cōplexione: ⁊ crescūt egritudines timoris ⁊ palisis: ⁊ torture faciei. Et cura harū est vna cū suffumigatione thuris ⁊ ciper: aut lubrie ⁊ storacis gūme.

¶ Quando in hyeme fuerint pluuie multe: ⁊ in vere durauerint hec: preparant̄ gentes morti: ⁊ omnes illi qui sunt debiles ex natura: ⁊ qui sunt cōplexiōis humide. Et ꝓparatur egritudo capitis ⁊ nausea ⁊ fluxus. ¶ Et via euasionis huius rei est vt vtantur in duobus tpibus cibarijs in quibus sit acetum: ⁊ potius cibis cōplexionis sicce sicut arabihic. i. lzalandris ⁊ allzenebit: ⁊ adeodorec. i. calaminibus: ⁊ caueat a laxatiuis. Et vtatur rebus frigidis ⁊ siccis sicut citonorū ⁊ piroꝝ: ⁊ maneat in locis altis soli oppositis nō paruū spaciū: sed in illis locis imorēt diutius.

¶ Quando arbores maturant̄ ⁊ venenant̄: ⁊ vermes ī eis nascunt̄ non debent fructus eoꝝ comedi: quia sunt venena mortalia. Et minus qō ex eo accidit est q̄ putrescit sanguis ⁊ febris mortalis fit.

¶ Quando videbitis tempus nebulosum ī vere ⁊ in estate durauerit caueatis a spasmo ⁊ amissione memorie ⁊ obliuione. ¶ Et cura huius est mūgere caput aut tpatis aut facere babica temperata. ⁊ post hoc facere gargarismum ex succo endiuie ⁊ aqua rosarū temperatis cū secanziabin çucharī simplicis acri.

¶ Qui accipit medicinas laxatiuas in autūno ⁊ fecerit minutiones: ꝓ vomitus: ⁊ nā eius tpari nō possit: si corp⁹ cū hoc adhuc sanum nō fuerit: caueat stati ne amplius vtat.

¶ Qui multum fuerit vsus minutione in autumno dicatis ei quia accidit ei timor ⁊ amissio luminis.

¶ Pulsus cum est fortis ⁊ cum tentas est mollis: ⁊ mutat facies ⁊ sudor multus: ⁊ grauedo dorsi ⁊ oculi graues et cura eius est in confidentijs.

¶ Quando infirmus sensit egritudinem stomachi sui ex nausea ⁊ amisit appetitū: ⁊ in ore vapores malos senserit ⁊ in naribus fetorem vrine: ⁊ stercorum sciatis q̄ hec febris est mortalis.

¶ Quando hyems fuerit calida ⁊ ver frigidus accidit capitibus catarrus: ⁊ timet homo ne ad mēbra veniat ꝓncipalia. ⁊ via euasionis hec est: separe materiam cibis medicātibus: ⁊ cuꝫ medicinis ad cibaria pertinentibus: ⁊ cōfortare cerebrum cum rebus odoriferis temperatis in frigiditate ⁊ caliditate ad siccitatem pertinentibus.

¶ Cum facies fuerit facta dura ⁊ nigra: ⁊ fuerint in ea vene ⁊ in oculis rubedo ostendit sanguinem esse corruptuꝫ. Et si forte pili cadunt ⁊ guttur inflatur: ostendit lepre initium. Preparetur ergo corpus ad curandū cum decoctiōibus tamarindorū ⁊ prunoꝝ ⁊ aliarū rerū laxatiuarū

¶ Constipatione accidēte ⁊ simul egerere ⁊ tarde: ⁊ egritudinē nō amittere: ⁊ egestione fetida existente dicatis: q egritudo est mortalis: ⁊ tamen diu durat vita ⁊ nihil illi prodest nisi ius autū vt nō deficiat cum fluxus fuerit.

¶ Cum quis fuerit in die crisis ⁊ oculi eius fuerint minorati ⁊ nares tortas habuerit: sine dubio morit: ⁊ alie egritudines non sunt timorose q̄ꝫuis fuerint multe.

¶ Qui in die primo egritudinis impatiens fuerit ⁊ suspirauerit ⁊ fractus fuerit mente amittet somnū superflue ⁊ magis spera mortem nisi fuerit melācolicus naturaliter.

¶ Cum palpebre oculorū amboruꝫ mouentur ostendit q̄ humores adeo ascendūt: ⁊ dico q̄ accidit eis emigranea.

¶ Cum alia mēbra tremunt ostendunt vaporem supfluuꝫ in corpore existentem: ⁊ sudor balnei eum remouet.

¶ Totum corpus saltare ⁊ tremere ostendit vapores grossos in corpore ⁊ dieta: ⁊ balnea eos remouent.

¶ Membra inferiora saltum habere demonstrat humores descendisse ad eos ⁊ vtatur vomitibus. ⁊ curatis dixit

q̄ illud

q̃ illud demõstra t motu vel viam.

¶ Ventositates in corpe absq; vaporibus que nõ minuunt et in corpe mouent nimiũ: ⁊ dolor aut motus si mult⁹ fuerit dico q̃ tempamẽtũ nõ existit. Et cura corpis q̃juis mlt⁹ tus fit facit in fine qõ diximus: ⁊ ecõuerso. nõ nouit aliquẽ qui hec dixisset preter Galienũ solũ.

¶ Qui impatiẽs fuerit ꝓpter dormitionẽ mẽbrorũ inferiorũ habebit podagrã ⁊ opilationẽ in via spirit⁹: ⁊ accidet ei hoc ꝓpter malã curã quam habuit ⁊ accidit ei hoc propter spiritus paucitatem.

¶ Cuꝫ aliqñ alicui accidit dormitio mẽbrorũ suorũ dicat ei q̃ mortẽ habebit subitaneã vel poterit latus vnũ amittere ꝓpter ventositatẽ q̃ loca illa opilat. Et comedere cinamomũ cum oleo alsalforat illud remouet. alforat. i. fistic⁹ est arbor cipressõ similis.

¶ Cum ascẽderit vapor ad caput ex caliditate: ⁊ qui habet alices vel cõsequẽter amittit visũ vel cadit in terrã: dicat ei q̃ habet corruptos humores q̃ in corpe ei⁹ mouentur ⁊ aptet statum ad soluẽdũ eos ab intus cũ vino tpato: ⁊ exterius cũ balneis tpatis ⁊ dietis equalib⁹. ¶ Nõ euadit hõ qui mari vicinus existit ⁊ lacunis: ⁊ ꝓlongat i etate a debilitate mẽbrorũ inferiorũ: ⁊ amissione lumis: ⁊ post hoc accidit his q̃ in his locis nati sũt ⁊ a terra recedunt: q̃jdiu vixerint: ⁊ vngant corp⁹ suũ rebus odoriferis: ⁊ exercitet et nõ vtat carnibus grossis. ⁊ comedat aues cũ ageçebre et mucharoga sparsis cũ agresta ⁊ aqua rosarum: ⁊ colet aqnã cũ bolo ⁊ choabori: ⁊ faciat instrumẽtũ ex auro ⁊ intingat in aqua rosarũ ⁊ in spica q̃ ẽ intrita cũ a agresta: et ponat in oculis mane ⁊ sero postq̃jj suffumigauerit faciẽ cũ vapore aque calide. Nõ comedat pisces ⁊ accipiat trociscos muscatos factos cũ secaniabin çucheri albi: tps vo autũni in ripis nariũ magis tpatũ existit. qõ ẽ stabile. Sꝫ ꝓperet hõ ad odorãdũ odorabilia ⁊ maturãdũ humores

¶ Cũ pili palpebraꝝ ceciderint (ante aduentũ friditatis. et pili capitis: ⁊ scissi fuerit: dicat q̃ hꝫ putridos hũores: etiõ ꝓperat hui⁹ dãnũ. Sꝫ debet custodiri i loco alto ⁊ debet custodiri hec putredo: ⁊ faciat res quas añ dixim⁹ et purgat corpus eius cũ pillul aloe q̃ sũt expte: et cũ syrupo prunorũ cui misceat aqua fabarũ ⁊ aqua enduie.

¶ Quando in ore stomachi febres fuerint in calore superfluo corrũpitur ⁊ minuũt carnes: ⁊ exiccãtur ꝓpter incõuenientiã colere ad naturã q̃ ibi ẽ: ⁊ exprimit ⁊ cadit i venas: ⁊ ꝓpt̃ hꝫ apparẽt vene ĩ ethicis: ⁊ fiũt sicca corpa. Et signn febriuꝫ oris stõi ira ⁊ ire facilitas. ⁊ sitis statĩ. Et ex eis que magis ipis cõferũt ẽ vt capiat lib. j. çucca. ro. ⁊ pisteẽ cũ rob acetositatis citri acris: ⁊ fiat sic massa: ⁊ bibat ex ea tertiã lib. ⁊ comedat ex eo. ʒ. j. p⁹ cibũ trib⁹ hor.

¶ Si fuerit in ore stomachi frigus facit ossitatiões maxie.

¶ Si comedit res frigidas ex cibarijs ⁊ potibus ⁊ facit acetositates moltas et rugiũ ⁊ ventositatẽ. Res autẽ que maxime eis cõferũt est q̃ post cibũ accipiat diacitoniton in quo est multũ de cinamomo et de musco: ⁊ bibat p⁹ ipm vinũ coloris aurei: et comedat post hoc fisticos positos in aqua rosa. ⁊ extergatur desuper pip.

¶ Omne cibarium calidum vel frigidum facit sine dubio tres maneries vaporis. s. vaporẽ sanguineũ temperatum in quo viuit spiritus naturalis: ⁊ vaporẽ frigidũ: ex q̃ mlta generatur egritudo vaporẽ calidum ex quo birsen generat. Vaporẽ autẽ temperatũ vt ostendit subtilitatẽ spiritus in cogitando tã in tristitia q̃jj in corpoꝝ liberalitate vaporẽ nõ frigidũ mõstrat tristitiaꝫ põderositas: ⁊ fractõ ⁊ ira in somno: ⁊ malo cogitatio: ⁊ vaporẽ calidũ ostendit frigiditas extremitatũ: facies macies et oris amaritudo: ⁊ oculorum ardor: ⁊ desideriũ aeris et aque frigide: et maxime si in vrina habet tincturã croceã. Et cura hec est: vt accipiat acetositatẽ citri acris partẽ vnã. et aque temarindorũ partẽ aliã: et aque fabarũ aliã: et aque enduie partes duas post decoctionẽ ⁊ decolationẽ colature apponãtur due ꝑtes çuccari tabarçet: et ponant ad ignẽ: vel non fiat siccũ ⁊ administret ex ipso. ʒ. ij. cum tanto aque: ⁊ cum ℥. j. syrupi prunorum et iuiubarũ: qõ fit cum succo pomorum acriuꝫ: et tpata vtatur dieta: ⁊ balneis tempatis. ⁊ bibat vinũ tpatũ in aqua in q̃ sũt emblici: ⁊ fit aqua niuis: ⁊ ex aqua ista accipiatur pondus lib. j. et fit hec aqua in vase parno: virtus huius syrupi est vrinam prouocare et coleram extrahere et corpus purgare. Qõ autẽ vaporeꝫ expellit frigidum. est aqua maiorane et aqua forẽgomes: ex quibus libra vna accipiat: et aque enduie libra vna: ⁊ salue libra vna: misceant: coquãtur ⁊ colent: et çucheri tabarçeth. et mellis: ana partẽ: ponãtur aque cũ melle çuccaro que in olla ad ignẽ leuẽ et misceantur multum cum ligno vitis: et dum bulierint ponat intus sticados recens vsq; quo fiat syrupus: ⁊ ponat in eo dauich. j. campho. ⁊ medietas vnius mechali musci rubei: et dentur ex eo. ℥. ij. cum duplo aque frigide: et post accipiat ieiun⁹ ex istis trociscis. ℞. lrebucorũ emblicoeũ: ana. ꝑtes duas cinamomi partẽ vnã: gariofilorũ assari bdellij ana partẽ mediã: teranẽ et ꝓficiat cũ succo pomoꝝ acriũ ⁊ fiant trociści.

¶ Non fiunt egritudines ꝓpter supfluitatẽ humorũ amplius q̃jj propter defectũ humorum et error magistroruꝫ vt hic est nimis testificatus: et hoc est ꝓpter experientiaꝫ.

¶ Qui somniat terribilia multa et cũ euigilat somnuꝫ obliuioni nõ tradit: et dicit omnia sic q̃ ex eis nihil dimittit ⁊ integre dormit de nocte: plenus est humoribus: properet ergo ad purgationẽ. Qui viderit huiusmodi somnia: ⁊ cũ excitatur obliuiom tradit: et cũ hoc bene nõ dormit: ⁊ pulsus ipsius est debilis: egritudo ex defectu humorũ ei prouenit. Dieta huius sit cibaria subtilis substantie: ⁊ bona que corpus confortent. et fugiat euacuationẽ: et omne qõ eum exiccauerit.

¶ Qui ab alleis et porris abstinuerit nocumẽta maloruꝫ humorũ euadet: et maxime si mel mirabolanorum lrebulorum comederit: et electuariũ de cinamomo successiue.

¶ Cui dolor fluxus sanguinis nariũ euenit supflue qnta die sue febris in die crisis euadet ab egritudine.

¶ Cui dolor capitis durauerit sine aliqua cã quã ipe cogñscat et fuerit nimius: stõm purget suũ ab humorib⁹ calis.

¶ Qui quinquagita annos transierit et dolores renuꝫ habuerit: a dolore nõ potest euadere: antique enĩ egritudines cum antiquis accidunt: durant in eis dum viuunt: et huic ꝓdest egritudini medicina albica quã noiauim⁹ iã.

¶ Qui quinquaginta annos euaserit: et egritudo ei accidẽrit alterabitus cito morietur.

¶ Sil'r accidit iuueni si ei fortis palisis acciderit: et si fuerit cõplexionis calide minuit. ¶ Qui impatiens fuerit ex dolore pectoris: et absq; cognita causa ei⁹ fit. vnũ ẽ ex duobus: vel grossa ventositas que pectus extẽdit: vel sũt humores putridi qui sub costis existunt: vel in pectore: vel tussis absq; dubio: ventositatẽ autem demonstrat motus et humoris ⁊ remanentiã pondus.

¶ Cui tussis et febris euenerit: et cito eã amittit dicatur ei q̃ apa accidet ei in tũcturis dolores acuti fortes ĩ renib⁹. lapidẽ portẽdũt ⁊ põdus in ipis. et apostema ⁊ pũcturas.

¶ Cui egritudo cũ vomitu cessauerit: et intestinis hꝫ egritudinẽ et eis ꝓdest anates comedere solas cuꝫ medicina cognita. Et si egritudo in ipo cessauerit post duas horas vel tres egritudinẽ in venis habebit. sua autẽ medicina ẽ eadẽ cũ pmissa: ꝑ̃ comedat sebesten: et auelanas. Et cura secundi comedere fisticos cuꝫ cassia. ¶ Lassitudo sine causa exercitij egritudinẽ futurã portẽdit priuationes euacuatõis rei solite sicut sanguis vene tã nariũ vel vrine vl̃ fluxꝰ vrine vl̃ emorroydarũ vl̃ aliaꝝ rerꝝ demõstrat egritudines.

¶ Plato in timeo de rebus futuris cognitis cũ (tudines. apparuerit et in sanis et ĩ egris: cũ in egritudie appuerit sanitatem significãt. Et quib⁹ ẽ somnus ꝓlixior salto: ⁊ si sanis euenerit: credo egritudinẽ euenire: et si egro cõtingit: salutẽ ostẽdit. Et sic desiti cũ hoi accideritq̃ eã habere nõ ꝓsueuit. in sanitate res ẽ ostẽdens egritudinẽ: et ra-

dix doloris existit ꝛ cerebro. Et cum egritudo aduenerit: fortitudinē nature enūciat: ꝛ sanitatē: ꝛ status eius ad salutē euenit: ꝛ fortior est. ꝛ idem accidit etiā pati somno irato: ꝛ fracto absq; labore ꝛ pena. et ostēdit egritudinē capiti venturā. Et cū hmōi egro in fine egritudis ꝓtigerit: exitum ab egritudie nūciabit. ꝛ ipatiētia in somno primo ostendit q̄ somno indiget. Et impatiētia mane post somnum: et p⁹ sōni mēsurā portēdit egritudinē: ꝛ laxatōēz nerūoꝝ.

¶ In cuius corde euenit mēbrorū nimia mollificatio dicatur et q̄ moritur. Spūs enī patitur paucitatē: ꝛ accidit ꝗ accipienti medicinā violentā: vel cui sanguis a naribus fluxerit supfluus: vel cui nausea cōtingeret supflua: vel q̄ nimio vtitur coitu vel q̄ fluxum ventris patiē: vtaē ergo cibarijs cibū vel corpus augmētantibus sicut vitellis ouorum: ꝛ iure auiū: ꝛ vino optimo.

¶ Cui iflāmatio ꝛ rugitus vētris euenirēt: timpanitē significat ꝓpē egritudinē epatis. vtaē ergo cibarijs cū ꝓpatiōe ex cimino ꝛ cameē. et comedat allzatonas cū medulla fistiorū: et caueat ab herbis frigidis ꝛ humidis ꝛ fructibus.

¶ Qui cōqueritur ꝓpter sudorē sub brachijs: ꝛ si est superflue fetidus. et hmōi habere nō est solit⁹: timeat de lepra. comedat ergo allzaneat ꝛ sunt aloꝛpē. ꝛ laxēē cū succo et⁹. et accipiat ab eo li. i. ꝛ aque fumiterre de aqua maiorane postq̄z bulierint: et colate fuerint: et bibat ex ea p vnū mēsem. et nūq̄z sumat carnes salitas. nec etiā q̄cquid fit de lacte. et cū hoc vene ipius cessabūt et habeat balnea tpata. ꝛ exercitetur. ¶ Qui panē açimū comedit grossas egritudines magnas habebit corda parua: ꝛ epata in eis q̄ fūt timidi exercitio supfluo indigent cibarijs vtēuē tēpatis et potibus cōuenientibus ꝛ aere equali.

¶ Qui spatulas amplas habentes ꝛ brachia tenua comedāt res subtiles ꝛ frigidas: et res frigidati attinētes ꝛ sint in quiete: ꝛ caueāt a frigore et calore supfluis: ut nō comedat fructus etiam frigidos ꝛ humidos.

¶ Liber secundus de expimētis ꝛ cōfidentijs.

¶ Omnis egritudis sicce canon cure ipius est odores boni ꝛ aues ꝛ vina conuenientia.

Aquit abubetri oēs res naturaliter ī hoc introitu existunt post inuentionem medicinarū ꝛ custodiā: et ꝓpationē earū etiaz intellectū doctorū et custodiā planetarū: et lune: ꝛ ipis q̄d aptū ē ad medicie cognitionē: ꝛ administrationē. Et dicemus verbū q̄d ypo⁹ dixit in libris vbi dixit. Qui dixerunt q̄ scientiā habuerint medicine: et habuerūt in se ꝓtem intelligentie et scientie et cognitionis festine: non reputent astronomiā ptē esse paruam eorū quibus indiget medicina. Et dixit astaroth. Sapiens in libro scientie sue de signis et lune effectibus: quē librum alter non precessit in expositiōe libri: q̄ philosophi ꝛ sapientes alij ꝓter astronomos cōueniūt in hunc librū q̄ ꝓparatio et cursus eorū que sunt in terra. Planetarum cursu accidit: et sermo eius est in luna. ¶ Et cōueniunt naturales ꝛ astronomi: quia prepatio eorū que in terra sunt a luna accidit: ꝛ luna respectu solis sicut excelsi regis maior dominus ē. Et mutatio temporū ꝓpter lune stationē euenit cū retinetur et nō apparet vel cum ipsius appentia fuerit manifestata. Et hoc eis est manifestum q̄ in mari versant: ꝛ qui vineas plantant. ¶ Et cōueniūt sapientes medicorū q̄ res oīs temporū ꝛ aeris et aquarū et cōplexionū et egritudinū mutāē ex motu planetarū cū ī lōgitudie et latitudine consistant. ¶ Decens est cuz medicinas coquere voluerīs q̄ eas in aqua clara boni saporis excoquas: et cum lignis siccis ꝛ ramorū vitiū: et ramorū raminis. et cuz ramis rosarū: et cū arundinibus siccis et cum herbis boni odoris optime desiccatis. Et nūc itrem⁹ mistrare res q̄s dixīmus virtuosas ꝛ scire admirandas.

¶ Confectio ad febres adurentes mirabilis. ℞. mirabolanorū l zebulorū citri. ana. mechal. j. cinamomi acuti. çinçiberis recentis. ana mechal. s. staphisagrie bone mechal. j. terātur bene ꝛ exhibeant et soluatur ambra in oleo fistiorū. et misceantur cū eo reliquē medicine cum triplo sui de melle iuiubarum. dosis mechalij. li. j. et. s. cum syrupo pomorum dulcium.

¶ Medicina ad easdem febres mirabil. ℞. mirabolanorū indori scitri. emblicorū oīm: ana. mechal. bedegart seis papa. cassiaē. ana. mechal. s. terātur ꝛ cribellētur iuoluāē in oleo pomorū. et ficiant cū triplo sui de melle cassieē. dosis mechal. ij. cū. ℥. ij. syrupi malorū granatorū dulciū.

¶ Medicina mirabilis ad quartanas. ℞. sene assari oīm ana. mechal. j. cinamomi odoriferi mechal. iij. seis endiuie: fel engemisch: fisimbrij sebatele oīm ana. mechal. s. cōficiantur cū triplo sui de melle mirabol. zebulorū vel tamarindorū. potio est mechal. iij. cum. ℥. j. syrupi secaniabin facti in çucharo in quo fit muscus.

¶ Medicina quā laudaui ad febres. et ē breuis. ℞. oes. j. corpus sene: assari. yreos. omniū ana. mechal. teranē bene ꝛ cribellenē. ꝛ cōficiātur cū melle cerauge bini mechal j. s. cū. ℥. ij. secaniabin de çucharo facti. ꝛ de seie endiuie.

